

INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AUCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARUM GERMANICAE
EDITAE

VOLUMINIS IX PARTIS I EDITIO ALTERA
FASCICULUS II

BEROLINI
APUD GUALTERUM DE GRUYTER ET SOCIOS
MCMLVII

INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AUCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARUM GERMANICAE
EDITAE

VOLUMINIS IX PARTIS I EDITIO ALTERA
FASCICULUS II

BEROLINI APUD GUALTERUM DE GRUYTER ET SOCIOS
MCMLVII

INSCRIPTIONES
GRAECIAE SEPTENTRIONALIS

VOLUMINIBUS VII ET VIII NON COMPREHENSAE

CONSILIO ET AUCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARUM GERMANICAE
EDITAE

PARS I
INSCRIPTIONES PHOCIDIS LOCRIDIS AETOLIAE
ACARNANIAE INSULARUM MARIS IONII
EDITIO ALTERA

FASCICULUS II

INSCRIPTIONES ACARNANIAE

EDIDIT
GUENTHERUS KLAFFENBACH

BEROLINI APUD GUALTERUM DE GRUYTER ET SOCIOS
MCMLVII

Archiv-Nr. 34 06 57/912

Ex typographia Gualteri de Gruyter.

PRAEFATIO

Cum Wilamowitzii assensu pro supplemento novam editionem Inscriptionum Graecarum voluminis IX partis prioris conficere constituissem, ab Aetolia initium cepi atque huius regionis inscriptiones anno 1932 edidi. Quem fasciculum sperabam haud multo tempore post secuturum esse alterum, qui reliquarum regionum inscriptiones contineret. Longe aliter evenit. Obii quidem et peragravi inde ab autumno a. 1933 usque ad aestatem a. 1934 illas regiones et insulas prospero successu ('*Bericht über eine epigraphische Reise durch Mittelgriechenland und die Ionischen Inseln*' = *SB Ak. Berlin* 1935, 691 ss.), sed semper denuo officiis, quae sunt custodis Inscriptionum Graecarum, revocabar a meo ipsius opere perficiendo. Venit novum bellum, venerunt tempora dura et acerba, haud minus etiam diu multumque post. Nil amplius dicam. Postquam vero tam multi anni abierunt, consilium cepi, cum tandem tractatio inscriptionum Acarnaniae ad finem perducta esset, nullam moram edendi facere neque ad pristinum consilium hanc regionem cum reliquis uno tantum sc. altero fasciculo comprehendere, sed non solum statim inscriptiones Acarnaniae sed etiam postea reliquarum regionum separatim singulis fasciculis publici iuris facere.

Sic nunc hic alter fasciculus nonnisi Acarnaniae inscriptiones continet atque eas velut Aetolicas in formam 'Corporis' redactas, i. e. omnes ubicumque inventas. Neque autem recepi duas inscriptiones, quas fortasse desideras. Altera est IG IX 1, 533 ex Amphilochia oriunda; sed mihi potius in rem videtur hanc regionem una cum Epiro tractari (IG IX 1, 531 et 532 non Amphilochiae sed Strato vindicandae sunt, cf. infra nr. 414). Altera inscriptio libris est tradita, carmen illud εἰς τὴν ἐν Τάφῳ τῇ νήσῳ κρήνην compositum, cf. Th. Preger, Inscriptiones Graecae metricae nr. 214. Non quo id non verum putem (fortasse etiam nunc exstat, cf. *SB Ak. Berlin* 1935, 710), sed insulam Taphum (*Meganisi*) non nisi per certum quoddam tempus, sc. quamdiu Leucas, quacum insula natura est coniuncta, in Acarnanum potestate erat, Acarnaniae fuisse probabile est; itaque hoc epigramma inscriptionibus Leucadis attribuere praetuli. Quod autem ad speciem huius fasciculi attinet, paulo differt ab ea, quae diu in consuetudine fuerat. Novae enim sunt litterarum formae, praecipue Graecarum. Quae propterea delectae sunt, quod fuerunt non pauci, qui formas Graecarum litterarum adhuc adhibitas improbaverint. Itaque mutata typographia etiam typos mutari opportunum duxi. Qui ex hoc tempore in omnibus Inscriptionum Graecarum voluminibus idem manebunt.

Aliter autem atque in fasciculo Aetolico addidi huic non solum tabulam geographicam Acarnaniae sed etiam imagines complures titulorum photographicas. Habeo enim nunc quidem pro certo utrumque lectoribus usui fore, siquidem de regione satis ignota agitur.

Tabula vero geographica confecta est ad exemplum eius, quae exstat in libro Eugenii Oberhummer, *Akarnanien, Ambrakia, Amphilochien, Leukas im Altertum*, Monaci 1887.

Denique oportet commemorare eos viros, qui optime de hoc fasciculo edendo meriti sunt, sive quia novas inscriptiones mecum communicaverunt, seu quia ectypa vel photographa miserunt, P. M. Fraser una cum Tullia Rönne, Chr. Habicht, E. Kirsten, N. Mosios, K. A. Rhomaeos, L. Tsanakas, N. S. Zaphiropulos. Quibus omnibus gratias debitas ex animi sententia ago. Ago autem gratias etiam discipulis meis G. Dunst et R. Koerner, qui in typothetarum plagulis corrigendis me summa cum diligentia adiuverunt.

Berolini die XII mensis Martii a. MCMLVII.

Guentherus Klaffenbach

HOC FASCICULO CONTINENTUR

	p.
Praefatio	V–VI
Fasti Acarnanici	IX–XXXI
I. Actium (nr. 207–211)	1–4
II. Anactorium (nr. 212–237. 589–594)	4–7. 76
III. Θέσις Λέγκα (nr. 238–240. 595)	8. 76
IV. Thyrrheum (nr. 241–366. 596–601)	8–33. 77–78
V. *Ruga* (et *Paliambelo*) (nr. 367–380)	33–35
VI. *Lykoniko* (nr. 381–383)	35
VII. *Komboti* (nr. 384–386)	36
VIII. Medion (nr. 387–388)	36–37
IX. Phoetiae (nr. 389. 602)	37. 78
X. Stratus (nr. 390–417)	37–46
XI. *Paleo-Manina* (nr. 418)	46
XII. Oeniadae (nr. 419–426)	47–50
XIII. Coronta (nr. 427–433. 603–604)	50–51. 78
XIV. Astacus (nr. 434–443)	52–54
XV. Alyzia (nr. 444–450)	54–55
XVI. Palaerus et vicinia (nr. 451–572)	56–68
XVII. Tituli originis incertae (nr. 573–576)	68–70
XVIII. Tituli Acarnanum extra Acarnaniam inventi (nr. 577–588)	70–75
Addenda (nr. 589–604) et corrigenda	76–78
Indices	79–98
I. Viri et mulieres	81–87
II. Nomina geographica	87–88
III. Nomina sacra	88
IV. Sermo Graecus	89–96
V. Index grammaticus	97
VI. Comparatio numerorum	98

FASTI ACARNANICI

ante c. 1900. Acarnaniam iam inde ab aevo neolithico incolas habuisse vestigiis edocemur, quae ibidem et in insulis adiacentibus in lucem prodierunt. Nam illius aevi vasorum testas S. Benton invenit haud procul ab oppido Astaco in antro prope ecclesiam S. Nicolai sito (*Ann. Brit. Sch.* 42, 1947, 156 ss.; hic etiam instrumenta lapidea) et in insulis *Meganisi* (ibid. 32, 1931/2, 231 s.), *Kalamos* (ibid. 234), *Provati* (ibid. 236). Astaci etiam '*an Early Bronze Age deposit*' detectum est (ibid. 32, 1931/2, 244). Incolas illos cognatos fuisse gentibus Asiae, imprimis Caribus, inter omnes constat. Non constat de nomine. Ab antiquis auctoribus commemorantur Λέλεγες (Aristoteles apud Strab. VII 321; cf. P. Kretschmer, *Die Leleger und die ostmediterrane Urbevölkerung* = *Glotta* 32, 1953, 161 ss.), Τάφιοι, Τηλεβόαι (Aristoteles l. c.; Strab. X 461; Steph. Byz. s. v. Τηλεβοΐς; cf. etiam G. Türk, *RE* V A 311 nr. 1), Ἐρυσιχαῖοι (Alcman frg. 13 D.; Apollodorus apud Strab. X 460; Steph. Byz. s. v. Ἐρυσίχη et Οἰνειάδαι). Sed nomen Ἀκαρνᾶνες haud dubie posterioris demum temporis est, cf. infra (aliter iudicant P. Kretschmer, *Einl. Gesch. gr. Spr.* 422. *Glotta* 21, 1933, 88; F. Schachermeyr, *RE* XXII 1514). Etiam ea nomina geographica Acarnaniae, quae A. Fick, *Vorgriech. Ortsnamen* 85/6 inter 'Lelegeia' affert, mea quidem sententia non sunt firma ad probandum, immo potius nonnulla Illyrica sunt habenda, ut Fick ipse l. c. 109/10 confitetur; ceterum vide infra.

c. 1900—c. 1200. Primos Graecos, sc. Iones—Aeoles (Achaeos), qui c. 1900 sensim in Haemi paeninsulam progressi sunt, etiam in Acarnaniam invasisse testimonio sunt vasorum fragmenta huic aetati ('*Middle Bronze Age*' sive '*Mittelhelladikum*') attribuenda, quae Astaci inventa sunt, cf. S. Benton, *Ann. Brit. Sch.* 32, 1931/2, 222. 35, 1934/5, 52.

Inde ab tempore c. 1400 vel postea (Schachermeyr, *RE* XXII 1491; E. Kirsten, *N. Jahrbb.* 1940, 303) opera et artificia Mycenaea allata sunt. Exstiterunt adhuc Astaci (S. Benton, *Ann. Brit. Sch.* 32, 1931/2, 244. 42, 1947, 173), Corontis (Πρακτικά 1908, 100), Palaeri (M. S. Thompson, *Liverpool Ann.* 4, 1912, 133; S. Benton, *Ann. Brit. Sch.* 32, 1931/2, 240), in insula *Meganisi* (S. Benton, l. c. 232).

Tum c. a. 1200 illae gentes, quas '*Nordwestgriechen*' nominare consuevimus, ut in reliquam Graeciam etiam in Acarnaniam intraverunt. Huc referenda videntur, quae veteres scriptores de Curetibus tradunt: quos, postquam Aetoliam meridionalem occupavissent, εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἀκαρνανίαν ὑποχωρῆσαι (Ephorus apud Strab. X 463, cf. ibid. 465; Aristoteles apud Strab. VII 321; Paus. VIII 24, 9; Steph. Byz. s. v. Κουρής et Ἀθῆναι; vide etiam E. Oberhummer, *Akarnanien* 61 et Fastos Aetolicos p. IX 60 ss.). Contra E. Kirsten Curetes non illis '*Nordwestgriechen*' annumerat, sed eos iam posteriore aetate Mycenaea venisse putat (*N. Jahrbb.* 1940, 302/3, cf. etiam *RE* XVII 2443. XXI 241), id quod cum Wilamowitzio improbo, cf. Fastos Aetolicos l. c.

c. 1100/1000. Migratio Dorica. Saeculo undecimo ad finem vergente ex interioribus partibus Haemi paeninsulae et Epiro gentes e Graecis sc. illis '*Nordwestgriechen*' cognatis et imprimis Illyriis mixtae ducibus Doribus in meridiem proruperunt et Acarnaniam quoque occupaverunt (cf. P. Kretschmer, *Einl.* 254 ss.; Wilamowitz, *Der Glaube der Hellenen* I 70). Acarnanes ex Epiro advenisse etiam fabula Alcmaeonis recordatione comprehendisse videtur (Apoll. bibl. III 93; cf. Oberhummer, *Akarnanien* 43/4). In nomine illorum invasorum, e quibus tum terra in omne tempus appellata est, Doricum deum Κάρνον subesse iure puto Wilamowitz affirmavit (*Herm.* 38, 1903, 580. *Glaube d. Hell.* I 70. 90). Ceterum autem nomen Ἀκαρνᾶνες, formatum velut Ἀθαμᾶνες, Αἰνιᾶνες, Ἀτιντᾶνες, Δυμᾶνες, Εὐρυτᾶνες ('*nordgriechische bzw. illyrische Völkernamen*', E. Schwyzer, *Gr. Gramm.* I 78), videtur etiam coniungendum esse

cum nominibus oppidorum Carnuntum et Carnus, quae cum P. Kretschmero (*Glotta* 14, 1925, 91) Illyriis vindicaverim, cf. Amm. Marc. 30, 5, 2 et Liv. 43, 1, 2; de α praefixo in lingua Illyria vide H. Krahe, *Die alten balkanillyrischen geographischen Namen* 95 et *Zschr. f. Ortsnamenforschung* 7, 1931, 10/11. Atque alia quoque nomina, quae originem Illyricam produnt, haud pauca in Acarnania reperiuntur. In geographicis haec recensenda videntur: oppida Μεδεών vel Μεδιών (Kretschmer, *Einl.* 257; Krahe, *Balkanillyr. geogr. Namen* 28. 92; W. Kroll, *RE* XV 65) et Πάλαιρος (Krahe, l. c. 94. 115), promunturium Κριθωτή (Oberhummer, *Akarnanien* 59; Kretschmer, l. c. 257), insula Κάρνος (Krahe, l. c. 89. 115), flumen Ἄναπος (Schwyzer, *Gr. Gramm.* I 66); in nominibus hominum haec: Βάβος (cf. ad nr. 434_{19}), Δάσιμος (Δάζιμος) (cf. ad nr. 213), Δελμάτας, Δινδύλα(ς) (cf. ad nr. 522), Λεύκαρος (Krahe, *Lexikon altillyrischer Personennamen* 65), Σπίνθαρος, siquidem nomina in -αρος cadentia apud Illyrios frequentia sunt (cf. Kretschmer, *Einl.* 246; Krahe, *Balkanillyr. geogr. Namen* 58), aliaque fortasse nova nomina (Δάζος, Πλάτυρ, Πύλλος infra p. XXV_{55} Acarnanes vix habendi sunt). Denique hic etiam deus Ἀπόλλων Μετθάπιος commemorandus est, vide ad nr. 573.

med. saec. VII. Cypselus in Acarnaniam colonias deduxit: Sollium (Thuc. II 30, 1) et Anactorium (Thuc. I 55, 1; Ps. Scym. 459—61; Strab. X 452; Paus. V 23, 3; Steph. Byz. s. v. Ἀνακτόριον), huc quidem duce filio notho Echiade (Nicol. Dam. 57 Jacoby). Colonias Corinthiorum etiam Alyziae, Astaci, Thyrrhei fuisse sumit E. Kirsten (*N. Jahrbb.* 1940, 307; *RE* VI A 744_{47}) iniuria, ut videtur, quia adhuc in his oppidis antiquiore quidem tempore nulli nummi Corinthii innotuerunt; Astacum a Cephallenibus conditum esse refert Steph. Byz. s. v., cf. Oberhummer, *Akarnanien* 49. 210[3]. Id autem constat auctoritatem Corinthiorum magnam fuisse apud Acarnanes, quod non solum tituli litteris Corinthiis scripti (214. 398. 399. 458. 459) probant sed etiam stateres Corinthii, qui tamen praeter Anactorium Alyziae, Astaci, Metropoli, Strati, Thyrrhei alibi posteriore demum aetate inventi sunt, cf. F. Imhoof-Blumer, *Num. Zschr.* X 1878, 11 s.; Head[2] 406 s.

Postea (de tempore non constat, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 75; Busolt, *Gr. Gesch.* I[2] 642[5]) etiam Corcyraei Anactorium insederunt (Thuc. I 55, 1).

c. 539. Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν χρησμολόγος ἀνήρ Pisistrato ante pugnam ἐπὶ Παλληνίδι factam vaticinatus est, Herod. I 62 (Atheniensis apud [Plat.] Theag. 124 *d* et Clem. Al. Strom. 398 P., cf. Hiller von Gaertringen, *RE* I 1941).

c. 524. Themistoclis celeberrimi matrem Acarnanam civem fuisse auctor est Nepos Them. 1, 2; sed alii alia tradiderunt (Plut. Them. 1), cf. Busolt, *Gr. Gesch.* II[2] 640[1].

480. τοῖσι δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι Ἑλλήνων πρῶτον μὲν ὁ μάντις Μεγιστίης ἐσιδὼν ἐς τὰ ἱρὰ ἔφρασε τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι ἅμα ἠοῖ σφι θάνατον (Herod. VII 219, 1). τὸν μάντιν ὃς εἵπετο τῇ στρατιῇ ταύτῃ, Μεγιστίην τὸν Ἀκαρνῆνα, λεγόμενον εἶναι τἀνέκαθεν ἀπὸ Μελάμποδος, τοῦτον ⟨τὸν⟩ εἴπαντα ἐκ τῶν ἱρῶν τὰ μέλλοντά σφι ἐκβαίνειν, φανερός ἐστι Λεωνίδης ἀποπέμπων, ἵνα μὴ συναπόληταί σφι. ὁ δὲ ἀποπεμπόμενος αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπέλιπε, τὸν δὲ παῖδα συστρατευόμενον, ἐόντα οἱ μουνογενέα, ἀπέπεμψε (ibid. 221). Carmen, quod eius sepulcro Thermopylis Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας, ibid. 228 (Anth. Pal. VII 677; Simonides 83 D.; W. Peek, *Gr. Vers-Inschr.* I 94):

μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχειὸν ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι,
μάντιος, ὃς τότε Κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδὼς
οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

479. Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι pugnae Plataicae interfuerunt, Herod. IX 28, 5. 31, 4. Itaque Anactoriorum nomen et in tripode aureo Delphico (Syll.[3] 31_{30} Ϝανακτοριε̃ς) et in basi Iovis Olympiae dedicati (Paus. V 23, 2) inscriptum erat.

inter 459 et 453. Messenii Naupactum deducti (460/59) Oeniadas aggressi sunt et pugna superiores oppidum obsidione in deditionem coegerunt. καὶ ἐνιαυτὸν μὲν μάλιστα οἱ Μεσσήνιοι κατέσχον τὴν πόλιν καὶ ἐνέμοντο τὴν χώραν. τῷ δὲ ἔτει τῷ ὑστέρῳ δύναμιν οἱ Ἀκαρνᾶνες ἀπὸ πασῶν συλλέξαντες τῶν πόλεων oppidum circumsederunt. Messenii autem octavo mense fame oppressi excursione facta cum damno διεκπίπτουσι διὰ τῶν Ἀκαρνάνων καὶ ἐπιλαμβανόμενοι τῆς Αἰτωλῶν ἐχόντων σφίσιν ἐπιτηδείως ἐς τὴν Ναύπακτον ἀνασώζονται, Paus. IV 25. Probabiliter haec inter expeditiones Tolmidis (455) et Periclis (453) evenerunt, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 85. 89 s.;

H. Pomtow, *Jahrbb. Philol.* 1896, 580; Busolt, *Gr. Gesch.* III 1, 336; contra de tempore post expeditionem Periclis cogitant Beloch, *Gr. Gesch.*[2] II 1, 174[2]; E. Kirsten, *RE* XVII 2210. *N. Jahrbb.* 1940, 307; J. A. O. Larsen, *Studies Robinson* II 1953, 802; de tota narratione O. Regenbogen, *RE Suppl.* VIII $1025_{14\,ss.}$ Iniuria autem Pausanias (V 26, 1) Victoriam, Paeonii opus, quam Messenii et Naupactii Olympiae dedicaverunt (*Inschr. Olymp.* 259), huc rettulit, cf. Syll.[3] 80; Tod, *Gr. Hist. Inscr.* 65; G. Lippold, *RE* XVIII 1, 2412 nr. 8.

453. χίλιοι Ἀθηναίων ἐπὶ τὰς ναῦς τὰς ἐν Πηγαῖς ἐπιβάντες -- παρέπλευσαν ἐς Σικυῶνα Περικλέους τοῦ Ξανθίππου στρατηγοῦντος -- καὶ διαπλεύσαντες πέραν, τῆς Ἀκαρνανίας ἐς Οἰνιάδας ἐστράτευσαν καὶ ἐπολιόρκουν, οὐ μέντοι εἷλόν γε, ἀλλ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, Thuc. I 111, 2—3; cf. Diod. XI 85, 2. 88, 2; Plut. Pericl. 19, 3; Aristid. I 585 D. Quod autem Diodorus priore loco citato narrat: πλὴν Οἰνιαδῶν ἁπάσας τὰς πόλεις προσηγάγετο (sc. Περικλῆς), recte se habere non potest, cf. infra ad a. 432 (Oberhummer, *Akarnanien* 87; Busolt, *Gr. Gesch.* III 1, 336[3]; Beloch, *Gr. Gesch.*[2] II 1, 174[2]). De anno cf. Busolt, l. c. 328[3]; A. W. Gomme, *Commentary on Thucydides* I 1950, 413.

Hoc tempore oppidum (castellum?) Ἀθήνας, quod commemorat Demetrius Scepsius apud Herodian. I 330_{27} L. = Steph. Byz. s. v. Ἀθῆναι (ἑβδόμη Ἀκαρνανίας, ὡς Δημήτριος, Ἀθηναίους ἐν τῇ Κουρήτιδι κτίσαντας πόλιν Ἀθήνας προσαγορεῦσαι. τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν Κουρῆτιν ὠνόμαζον.), ab Atheniensibus conditum esse putant (Oberhummer, *Akarnanien* 34. 87[1]. *RE* II 2022 nr. 4; K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 111 s.; E. Kirsten, *RE* XVII 2210_{53}); de situ in θέσει Πόρτες cf. Rhomaeos l. c., cui assensus est F. Noack (Kirsten l. c. 2209_{21}).

448. Ad commune omnium Graecorum concilium Athenis ἐπ' εἰρήνῃ καὶ κοινοπραγίᾳ τῆς Ἑλλάδος habendum etiam Acarnanes a Pericle invitati sunt, cf. Plut. Pericl. 17: πέντε (ex viginti missis legatis) εἰς Βοιωτίαν καὶ Φωκίδα καὶ Πελοπόννησον, ἐκ δὲ ταύτης διὰ Λοκρῶν ἐπὶ τὴν πρόσοικον ἤπειρον ἕως Ἀκαρνανίας καὶ Ἀμβρακίας ἀπεστάλησαν. -- ἐπράχθη δ' οὐδέν, οὐδὲ συνῆλθον αἱ πόλεις Λακεδαιμονίων ὑπεναντιωθέντων ὡς λέγεται. De tempore luculenter egit Busolt, *Gr. Gesch.* III 1, 445[2]; cf. etiam A. W. Gomme, *Commentary on Thucydides* I 367; H. Bengtson, *Gr. Gesch.* 196[4].

aestate 435. ἐπειδὴ δ' ἐγένοντο (septuaginta Corinthiorum naves Epidamnum missae) ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς, οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, -- οἱ Κερκυραῖοι κήρυκά τε προὔπεμψαν αὐτοῖς ἐν ἀκατίῳ ἀπεροῦντα μὴ πλεῖν ἐπὶ σφᾶς, Thuc. I 29, 3.

autumno 433. Pugnae navali ad Sybota insulas factae una navis Anactoriorum in classe Corinthiorum interfuit, Thuc. I 46, 1.

— Post pugnam οἱ Κορίνθιοι ἀποπλέοντες ἐπ' οἴκου Ἀνακτόριον -- εἷλον ἀπάτῃ (ἦν δὲ κοινὸν Κερκυραίων καὶ ἐκείνων) καὶ καταστήσαντες ἐν αὐτῷ Κορινθίους οἰκήτορας ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου, Thuc. I 55, 1.

432 (?). Argivi Amphilochici ὑπὸ ξυμφορῶν πιεζόμενοι Ἀμπρακιώτας ὁμόρους ὄντας τῇ Ἀμφιλοχικῇ ξυνοίκους ἐπηγάγοντο --. ἐκβάλλουσιν οὖν τοὺς Ἀργείους οἱ Ἀμπρακιῶται χρόνῳ καὶ αὐτοὶ ἴσχουσι τὴν πόλιν. οἱ δ' Ἀμφίλοχοι γενομένου τούτου διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι, καὶ προσπαρακαλέσαντες ἀμφότεροι Ἀθηναίους, οἳ αὐτοῖς Φορμίωνά τε στρατηγὸν ἔπεμψαν καὶ ναῦς τριάκοντα, ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμίωνος αἱροῦσι κατὰ κράτος Ἄργος καὶ τοὺς Ἀμπρακιώτας ἠνδραπόδισαν, κοινῇ τε ᾤκισαν αὐτὸ Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀκαρνᾶνες. μετὰ δὲ τοῦτο ἡ ξυμμαχία πρῶτον ἐγένετο Ἀθηναίοις καὶ Ἀκαρνᾶσιν, Thuc. II 68, 5—8. De tempore alii aliter iudicaverunt, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 92; Busolt, *Gr. Gesch.* III 2, 763[6]; H. T. Wade-Gery, *Journ. Hell. stud.* 52, 1932, 216[45]; A. W. Gomme, *Commentary on Thucydides* I 198 s. 367; *Athen. Trib. Lists* III 1950, 320 cum nota 84; R. L. Beaumont, *Journ. Hell. stud.* 72, 1952, 62 s. Probabilissima mihi quidem videtur sententia eorum, qui annum 432 praeferunt.

aestate 431. Plataeis oppressis Athenienses ὁρῶντες εἰ σφίσι φίλια ταῦτ' (τὰ περὶ Πελοπόννησον χωρία) εἴη βεβαίως, etiam ad Acarnanes legatos miserunt (Thuc. II 7, 3). Ἀκαρνάνων οἱ πλείους ad Athenienses se applicaverunt (ibid. 9, 4), sed Anactorium (9, 2), Sollium, Astacus (de utroque oppido cf. 30, 1), Oeniadae (82) cum Corinthiis fecerunt.

autumno 431. Athenienses Σόλλιόν τε Κορινθίων πόλισμα αἱροῦσι καὶ παραδιδόασι Παλαιρεῦσιν Ἀκαρνάνων μόνοις τὴν γῆν καὶ πόλιν νέμεσθαι· καὶ Ἀστακόν, ἧς Εὔαρχος ἐτυράννει, λαβόντες κατὰ κράτος καὶ ἐξελάσαντες αὐτὸν τὸ χωρίον ἐς τὴν ξυμμαχίαν προσεποιήσαντο, Thuc. II 30, 1.

hieme 431. Εὔαρχος ὁ Ἀκαρνὰν βουλόμενος ἐς τὴν Ἀστακὸν κατελθεῖν πείθει Κορινθίους τεσσαράκοντα ναυσὶ καὶ πεντακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἑαυτὸν κατάγειν πλεύσαντας, καὶ αὐτὸς ἐπικούρους τινὰς προσεμισθώσατο· -- καὶ πλεύσαντες κατήγαγον· καὶ τῆς ἄλλης Ἀκαρνανίας τῆς περὶ θάλασσαν ἔστιν ἃ χωρία βουλόμενοι προσποιήσασθαι καὶ πειραθέντες, ὡς οὐκ ἐδύναντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου, Thuc. II 33, 1—2.

aestate 429. Ἀμπρακιῶται καὶ Χάονες βουλόμενοι Ἀκαρνανίαν τὴν πᾶσαν καταστρέψασθαι καὶ Ἀθηναίων ἀποστῆσαι πείθουσι Λακεδαιμονίους ναυτικόν τε παρασκευάσαι ἐκ τῆς ξυμμαχίδος καὶ ὁπλίτας χιλίους πέμψαι ἐπ' Ἀκαρνανίαν --. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεισθέντες Κνῆμον μὲν ναύαρχον ἔτι ὄντα καὶ τοὺς ὁπλίτας ἐπὶ ναυσὶν ὀλίγαις εὐθὺς πέμπουσι, τῷ δὲ ναυτικῷ περιήγγειλαν παρασκευασαμένῳ ὡς τάχιστα πλεῖν ἐς Λευκάδα, quo etiam Anactorii naves miserunt. Κνῆμος δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ χίλιοι ὁπλῖται ἐπειδὴ ἐπεραιώθησαν (sc. Ambraciam) -- εὐθὺς παρεσκευάζοντο τὴν κατὰ γῆν στρατείαν. In magno exercitu, qui Ambraciam convenerat, etiam milites Anactoriorum erant. τούτῳ τῷ στρατῷ ἐπορεύετο Κνῆμος οὐ περιμείνας τὸ ἀπὸ Κορίνθου ναυτικόν, καὶ διὰ τῆς Ἀργείας ἰόντες Λιμναίαν, κώμην ἀτείχιστον, ἐπόρθησαν. ἀφικνοῦνταί τε ἐπὶ Στράτον, πόλιν μεγίστην τῆς Ἀκαρνανίας, νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν, ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἆλλα προσχωρῆσαι. Ἀκαρνᾶνες δὲ αἰσθόμενοι κατά τε γῆν πολλὴν στρατιὰν ἐσβεβληκυῖαν ἔκ τε θαλάσσης ναυσὶν ἅμα τοὺς πολεμίους παρεσομένους οὔτε ξυνεβοήθουν ἐφύλασσόν τε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι, παρά τε Φορμίωνα (qui Naupacti cum viginti navibus in statione erat) ἔπεμπον κελεύοντες ἀμύνειν· ὁ δὲ ἀδύνατος ἔφη εἶναι ναυτικοῦ ἐκ Κορίνθου μέλλοντος ἐκπλεῖν Ναύπακτον ἐρήμην ἀπολιπεῖν. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τρία τέλη ποιήσαντες σφῶν αὐτῶν ἐχώρουν πρὸς τὴν τῶν Στρατίων πόλιν, ὅπως ἐγγὺς στρατοπεδευσάμενοι, εἰ μὴ λόγοις πείθοιεν, ἔργῳ πειρῷντο τοῦ τείχους. -- καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες τεταγμένοι τε προσῇσαν καὶ διὰ φυλακῆς ἔχοντες, ἕως ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν ἐπιτηδείῳ· οἱ δὲ Χάονες, quibus cum reliquis barbaris medium agmen attributum erat, οὔτε ἐπέσχον τοῦ στρατόπεδον καταλαβεῖν, χωρήσαντές τε ῥύμῃ μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων ἐνόμισαν αὐτοβοεὶ ἂν τὴν πόλιν ἑλεῖν καὶ αὑτῶν τὸ ἔργον γενέσθαι. γνόντες δ' αὐτοὺς οἱ Στράτιοι ἔτι προσιόντας -- προλοχίζουσι δὴ τὰ περὶ τὴν πόλιν ἐνέδραις, καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν, ἔκ τε τῆς πόλεως ὁμόσε χωρήσαντες καὶ ἐκ τῶν ἐνεδρῶν προσπίπτουσιν atque hostes in fugam vertunt. Peloponnesii autem sociique ἀνελάμβανόν τε fugatos καὶ ξυναγαγόντες τὰ στρατόπεδα ἡσύχαζον αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, ἐς χεῖρας μὲν οὐκ ἰόντων σφίσι τῶν Στρατίων διὰ τὸ μήπω τοὺς ἄλλους Ἀκαρνᾶνας ξυμβεβοηθηκέναι, ἄπωθεν δὲ σφενδονώντων καὶ ἐς ἀπορίαν καθιστάντων. -- ἐπειδὴ δὲ νὺξ ἐγένετο, ἀναχωρήσας ὁ Κνῆμος τῇ στρατιᾷ κατὰ τάχος ἐπὶ τὸν Ἄναπον ποταμόν, ὃς ἀπέχει σταδίους ὀγδοήκοντα Στράτου, τούς τε νεκροὺς κομίζεται τῇ ὑστεραίᾳ ὑποσπόνδους καὶ Οἰνιαδῶν ξυμπαραγενομένων κατὰ φιλίαν ἀναχωρεῖ παρ' αὐτοὺς πρὶν τὴν ξυμβοήθειαν ἐλθεῖν. κἀκεῖθεν ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον ἕκαστοι. οἱ δὲ Στράτιοι τροπαῖον ἔστησαν τῆς μάχης τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους, Thuc. II 80—82; cf. Diod. XII 47, 4—5.

hieme 429/8. οἱ δὲ ἐν Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι τοῦδε τοῦ χειμῶνος, ἐπειδὴ τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν διελύθη, Φορμίωνος ἡγουμένου ἐστράτευσαν, παραπλεύσαντες ἐπ' Ἀστακοῦ καὶ ἀποβάντες, ἐς τὴν μεσόγειαν τῆς Ἀκαρνανίας τετρακοσίοις μὲν ὁπλίταις Ἀθηναίων τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν, τετρακοσίοις δὲ Μεσσηνίων, καὶ ἔκ τε Στράτου καὶ Κορόντων καὶ ἄλλων χωρίων ἄνδρας οὐ δοκοῦντας βεβαίους εἶναι ἐξήλασαν, καὶ Κύνητα τὸν Θεολύτου ἐς Κόροντα καταγαγόντες ἀνεχώρησαν πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. ἐς γὰρ Οἰνιάδας αἰεί ποτε πολεμίους ὄντας μόνους Ἀκαρνάνων οὐκ ἐδόκει δυνατὸν εἶναι χειμῶνος ὄντος στρατεύειν· ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς -- ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν, Thuc. II 102, 1—2. Tum Euarchum tyrannum (vide supra ad aut. 431) denuo Astaco pulsum esse iure sumit Oberhummer, *Akarnanien* 100[5].

aestate 428. (Ἀθηναῖοι ἀπέστειλαν) Ἀσώπιον τὸν Φορμίωνος στρατηγόν, κελευσάντων Ἀκαρνάνων τῶν Φορμίωνός τινα σφίσι πέμψαι ἢ ξυγγενῆ ἄρχοντα. Asopius ora Laconica vexata τὰς μὲν πλείους ἀποπέμπει τῶν νεῶν πάλιν ἐπ' οἴκου, αὐτὸς δ' ἔχων δώδεκα ἀφικνεῖται ἐς Ναύπακτον καὶ ὕστερον Ἀκαρνᾶνας ἀναστήσας πανδημεὶ στρατεύει ἐπ' Οἰνιάδας καὶ ταῖς τε ναυσὶ κατὰ τὸν Ἀχελῷον ἔπλευσε καὶ ὁ κατὰ γῆν στρατὸς ἐδῄου τὴν χώραν. ὡς δ' οὐ προσεχώρουν, τὸν μὲν πεζὸν ἀφίησιν, αὐτὸς δὲ πλεύσας ἐς Λευκάδα Nericum frustra aggreditur ibique occidit, Thuc. III 7, 1—5.

aestate 426. Atheniensibus, cum Demosthene duce Leucade res gererent, Acarnanes πανδημεὶ πλὴν Οἰνιαδῶν ξυνέσποντο (Thuc. III 94, 1; Diod. XII

60, 1). οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες ἠξίουν Δημοσθένη – – ἀποτειχίζειν αὐτούς (sc. τοὺς Λευκαδίους), νομίζοντες ῥᾳδίως γ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι καὶ πόλεως αἰεὶ σφίσι πολεμίας ἀπαλλαγῆναι. Demostheni autem a Messeniis Naupacti habitantibus persuasum est, ut potius expeditionem in Aetolos susciperet. ἄρας οὖν ξύμπαντι τῷ στρατεύματι ἀπὸ τῆς Λευκάδος ἀκόντων τῶν Ἀκαρνάνων παρέπλευσεν ἐς Σόλλιον. κοινώσας δὲ τὴν ἐπίνοιαν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν, ὡς οὐ προσεδέξαντο διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν, αὐτὸς τῇ λοιπῇ στρατιᾷ – – ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλούς (Thuc. III 94, 2—95, 2).

autumni flexu 426. Cum Eurylochus a Lacedaemoniis Aetolis auctoribus cum exercitu per Locridem occidentalem missus Naupactum aggrederetur, Δημοσθένης ὁ Ἀθηναῖος (ἔτι γὰρ ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τὰ ἐκ τῆς Αἰτωλίας περὶ Ναύπακτον) – – ἐλθὼν πείθει Ἀκαρνᾶνας, χαλεπῶς διὰ τὴν ἐκ τῆς Λευκάδος ἀναχώρησιν, βοηθῆσαι Ναυπάκτῳ. καὶ πέμπουσι μετ' αὐτοῦ ἐπὶ τῶν νεῶν χιλίους ὁπλίτας, οἳ ἐσελθόντες περιεποίησαν τὸ χωρίον, Thuc. III 102, 3—4; cf. Diod. XII 60, 3.

Εὐρύλοχος δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ – – ἀνεχώρησαν – – ἐς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην, Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ τὰ ταύτῃ χωρία, καὶ ἐς Πρόσχιον τῆς Αἰτωλίας. οἱ γὰρ Ἀμπρακιῶται ἐλθόντες πρὸς αὐτοὺς πείθουσιν ὥστε μετὰ σφῶν Ἄργει τε τῷ Ἀμφιλοχικῷ καὶ Ἀμφιλοχίᾳ τῇ ἄλλῃ ἐπιχειρῆσαι καὶ Ἀκαρνανίᾳ ἅμα – –. καὶ ὁ μὲν Εὐρύλοχος πεισθεὶς – – ἡσύχαζε τῷ στρατῷ περὶ τοὺς χώρους τούτους, ἕως τοῖς Ἀμπρακιώταις ἐκστρατευσαμένοις περὶ τὸ Ἄργος δέοι βοηθεῖν, Thuc. III 102, 5—7.

hieme 426. Ἀμπρακιῶται, ὥσπερ ὑποσχόμενοι Εὐρυλόχῳ τὴν στρατιὰν κατέσχον, ἐκστρατεύονται ἐπὶ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν – – καὶ ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀργείαν καταλαμβάνουσιν Ὄλπας, τεῖχος ἐπὶ λόφου ἰσχυρὸν πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ὅ ποτε Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι κοινῷ δικαστηρίῳ[1]) ἐχρῶντο· ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς Ἀργείων πόλεως ἐπιθαλασσίας οὔσης πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους μάλιστα (de situ cf. E. Kirsten, *RE* XVII 2498 nr. 1). οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες οἱ μὲν ἐς Ἄργος ξυνεβοήθουν, οἱ δὲ τῆς Ἀμφιλοχίας ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ, ὃ Κρῆναι καλεῖται, φυλάσσοντες τοὺς μετὰ Εὐρυλόχου Πελοποννησίους, μὴ λάθωσι πρὸς τοὺς Ἀμπρακιώτας διελθόντες, ἐστρατοπεδεύσαντο. πέμπουσι δὲ καὶ ἐπὶ Δημοσθένη – –, ὅπως σφίσιν ἡγεμὼν γίγνηται, καὶ ἐπὶ τὰς εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων, αἳ ἔτυχον περὶ Πελοπόννησον οὖσαι, ὧν ἦρχεν Ἀριστοτέλης τε ὁ Τιμοκράτους καὶ Ἱεροφῶν ὁ Ἀντιμνήστου. – – οἱ μὲν οὖν μετ' Εὐρυλόχου Πελοποννήσιοι, ὡς ᾔσθοντο τοὺς ἐν Ὄλπαις Ἀμπρακιώτας ἥκοντας, ἄραντες ἐκ τοῦ Προσχίου ἐβοήθουν κατὰ τάχος καὶ διαβάντες τὸν Ἀχελῷον ἐχώρουν δι' Ἀκαρνανίας οὔσης ἐρήμου διὰ τὴν ἐς Ἄργος βοήθειαν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχοντες τὴν Στρατίων πόλιν καὶ τὴν φρουρὰν αὐτῶν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἄλλην Ἀκαρνανίαν. καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν ἐχώρουν διὰ τῆς Φυτίας καὶ αὖθις Μεδεῶνος παρ' ἔσχατα, ἔπειτα διὰ Λιμναίας· καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων, οὐκέτι Ἀκαρνανίας, φιλίας δὲ σφίσιν. Denique monte Thyamo superato διεξελθόντες μεταξὺ τῆς τε Ἀργείων πόλεως καὶ τῆς ἐπὶ Κρήναις Ἀκαρνάνων φυλακῆς ἔλαθον καὶ προσέμειξαν τοῖς ἐν Ὄλπαις Ἀμπρακιώταις. – – Ἀθηναῖοι δὲ ταῖς εἴκοσι ναυσὶν οὐ πολλῷ ὕστερον παραγίγνονται ἐς τὸν Ἀμπρακικὸν κόλπον – – καὶ Δημοσθένης Μεσσηνίων μὲν ἔχων διακοσίους ὁπλίτας, ἑξήκοντα δὲ τοξότας Ἀθηναίων. καὶ αἱ μὲν νῆες περὶ τὰς Ὄλπας ἐκ θαλάσσης ἐφώρμουν· οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφιλόχων ὀλίγοι (οἱ γὰρ πλείους ὑπὸ Ἀμπρακιωτῶν βίᾳ κατείχοντο) ἐς τὸ Ἄργος ἤδη ξυνεληλυθότες παρεσκευάζοντο ὡς μαχούμενοι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἡγεμόνα τοῦ παντὸς ξυμμαχικοῦ αἱροῦνται Δημοσθένη μετὰ τῶν σφετέρων στρατηγῶν. ὁ δὲ προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς Ὄλπης ἐστρατοπεδεύσατο. Sexto autem die proelio decertatum est atque Demosthenes superior discessit, Eurylochus cecidit. Cum vero postero die Demosthenes et praetores Acarnanum rogati Mantinensibus et Peloponnesiorum ducibus atque nobilissimo cuique, ut abirent, secreto concessissent, re cognita etiam Ambraciotae et reliqui Peloponnesii abeuntes secuti sunt. οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες τὸ μὲν πρῶτον καὶ πάντας ἐνόμισαν ἀπιέναι ἀσπόνδους ὁμοίως καὶ τοὺς Πελοποννησίους ἐπεδίωκον, καί τινας αὐτῶν τῶν στρατηγῶν κωλύοντας καὶ φάσκοντας ἐσπεῖσθαι αὐτοῖς ἠκόντισέ τις νομίσας καταπροδίδοσθαι σφᾶς· ἔπειτα μέντοι τοὺς μὲν Μαντινέας καὶ τοὺς Πελοποννησίους ἀφίεσαν, τοὺς δ' Ἀμπρακιώτας ἔκτεινον. – – οἱ δ' ἄλλοι διέφυγον ἐς τὴν Ἀγραΐδα ὅμορον οὖσαν, καὶ Σαλύνθιος αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀγραίων φίλος ὢν ὑπεδέξατο.

Interea οἱ ἐκ τῆς πόλεως Ἀμπρακιῶται πανδημεὶ auxilio venerunt. Demosthenes autem obviam profectus ad Idomenas inopinantes oppressit et ad internecionem delevit; ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν ἐς τὴν πόλιν· Ἀκαρνᾶνες δὲ σκυλεύσαντες τοὺς νεκροὺς καὶ τροπαῖα στήσαντες ἀπεχώρησαν ἐς Ἄργος. Nam Acarnanes et Amphilochi, cum

Demosthenes Ambraciam ipsam expugnare studeret, hoc recusaverunt veriti, μὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔχοντες αὐτὴν χαλεπώτεροι σφίσι πάροικοι ὦσι. Itaque praeda partita Demosthenes Athenas, viginti Atheniensium naves Naupactum reverterunt. Ἀκαρνᾶνες δὲ καὶ Ἀμφίλοχοι ἀπελθόντων Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐπ' Οἰνιαδῶν (cf. Oberhummer, *Akarnanien* 112[1]), οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλυνθίου. καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο ἑκατὸν ἔτη Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι πρὸς Ἀμπρακιώτας ἐπὶ τοῖσδε, ὥστε μήτε Ἀμπρακιώτας μετὰ Ἀκαρνάνων στρατεύειν ἐπὶ Πελοποννησίους μήτε Ἀκαρνᾶνας μετὰ Ἀμπρακιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους, βοηθεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων, καὶ ἀποδοῦναι Ἀμπρακιώτας, ὁπόσα ἢ χωρία ἢ ὁμήρους Ἀμφιλόχων ἔχουσι, καὶ ἐπὶ Ἀνακτόριον μὴ βοηθεῖν πολέμιον ὂν Ἀκαρνᾶσιν. ταῦτα ξυνθέμενοι διέλυσαν τὸν πόλεμον, Thuc. III 105—114; cf. Diod. XII 60, 4—6; Polyaen. III 1, 2.

[1]) Quamquam sane verba Thucydidis eorum opinioni favere videntur, qui de communi omnium Acarnanum iudicio cogitant (cf. Swoboda, *Staatsaltert.* 296^7; Busolt-Swoboda, *Gr. Staatsk.* II 1463^5; E. Kirsten, *RE* XVII 2501), tamen propter loci extra Acarnaniam situm haud dubie potius commune Acarnanum et Amphilochorum iudicium intellegendum est, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 93^1.

autumno 425. οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι καὶ Ἀκαρνᾶνες ἅμα τελευτῶντος τοῦ θέρους στρατευσάμενοι Ἀνακτόριον Κορινθίων πόλιν - - ἔλαβον προδοσίᾳ· καὶ ἐκπέμψαντες Κορινθίους αὐτοὶ Ἀκαρνᾶνες οἰκήτορες ἀπὸ πάντων ἔσχον τὸ χωρίον, Thuc. IV 49. Cf. etiam titulum IG II/III^2 $403_{11/2}$, ubi in monumento, quod Athenienses post a. 425 Minervae Victoriae dedicaverunt, haud dubie recte [καὶ ἀπ'] Ἀν|[ακτοριῶν] suppletum est.

aestate 424. Demosthenes praetor Atheniensium cum quadraginta navibus Naupactum missus est, ὅπως ἐξ ἐκείνων τῶν χωρίων στρατὸν ξυλλέξας Ἀκαρνάνων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλέοι ἐπὶ τὰς Σίφας (Thespiensium) ὡς προδοθησομένας. - - καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης ἀφικόμενος (Naupactum), Οἰνιάδας δὲ ὑπό τε Ἀκαρνάνων πάντων κατηναγκασμένους καταλαβὼν ἐς τὴν Ἀθηναίων ξυμμαχίαν καὶ αὐτὸς ἀναστήσας τὸ ξυμμαχικὸν τὸ ἐκείνῃ πᾶν, ἐπὶ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους στρατεύσας πρῶτον καὶ προσποιησάμενος τἆλλα ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας, ὅταν δέῃ, ἀπαντησόμενος, Thuc. IV 77.

Num revera titulus IG I^2 67 (cf. SEG X 112. 125), quo ex supplemento Hilleri Telemacho cuidam et duobus aliis Oeniadis ab Atheniensibus honores decernuntur, huc referendus sit, non liquet, quia neque tempus tituli neque supplementum ethnici ab omni parte certa sunt.

hieme 424. Demosthenes πλεύσας πρὸς τὰς Σίφας καὶ ἔχων ἐν ταῖς ναυσὶν Ἀκαρνᾶνας καὶ τῶν ἐκεῖ πολλοὺς ξυμμάχων ἄπρακτος γίγνεται μηνυθέντος τοῦ ἐπιβουλεύματος, Thuc. IV 89, 1; cf. Diod. XII 69, 2.

Post pugnam ad Delium factam Δημοσθένης ὀλίγῳ ὕστερον, ὡς αὐτῷ τότε πλεύσαντι τὰ περὶ τὰς Σίφας τῆς προδοσίας πέρι οὐ προὐχώρησεν, ἔχων τὸν στρατὸν ἐπὶ τῶν νεῶν τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ Ἀγραίων καὶ Ἀθηναίων τετρακοσίους ὁπλίτας ἀπόβασιν ἐποιήσατο ἐς τὴν Σικυωνίαν. καὶ πρὶν πάσας τὰς ναῦς καταπλεῦσαι βοηθήσαντες οἱ Σικυώνιοι τοὺς ἀποβεβηκότας ἔτρεψαν καὶ κατεδίωξαν ἐς τὰς ναῦς καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβον. τροπαῖον δὲ στήσαντες τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν, Thuc. IV 101, 3—4.

aestate 413. Demosthenes cum classe in Siciliam subsidio missus Alyziam et Anactorium appulit atque ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἀκαρνανίαν χωρίων σφενδονήτας τε καὶ ἀκοντιστὰς comparavit (Thuc. VII 31, 2. 5; cf. 60, 4. 67, 2), qui ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ ξύμμαχοι ὄντες ἐπεκούρησαν (ibid. 57, 10).

fin. saec. V. Probabiliter post Oeniadas anno 424 captas Acarnanes res suas melius composuerunt et τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων constituerunt, cuius caput Stratus, πόλις μεγίστη τῆς Ἀκαρνανίας (Thuc. II 80, 8), erat, cf. Swoboda, *Staatsaltert.* 296 s.; Busolt-Swoboda, *Gr. Staatsk.* II 1463 s. Strati etiam primi nummi foederis Acarnanici cusi sunt, qui et ipsi iam saeculo quinto tribuendi esse videntur, cf. P. Gardner, *A history of ancient coinage 700—300 B. C.* (1918) 377. Sed notabile est singula quoque oppida ius nummos cudendi habuisse, cf. Head^2 329—333; M. O. B. Caspari, *Journ. Hell. stud.* 37, 1917, 168 ss. Primum vero τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων anno 389 commemoratur (vide infra). Ἀκαρνάνων πολιτείαν Aristoteles descripsit, frg. 474 Rose.

401/400. Αἰσχίνης ὁ Ἀκαρνάν dux peltastarum Arcadicorum in Cyri exercitu, Xen. anab. IV 8, 18, cf. 3, 22.

c. 400. Φορμίων Ἀκαρνάν ab Atheniensibus civitate donatus est, ut docemur titulo IG II/III^2 $237_{15\,ss.}$ anni 337, quo eius nepotes honorantur (vide infra).

'Magnam veri speciem habet Meieri coniectura (M. H. E. Meier, Commentatio epigr. II [Halis 1854] 102), cum Phormio Asopii f. Atheniensis summa apud Acarnanas gratia atque auctoritate floreret (Thuc. III 7, 1 [cf. supra ad aest. 428]), nobilem aliquem Acarnana eius familiaritate usum filio id nomen dedisse', Dittenberger, Syll.[3] 259[5].

395/4. Post pugnam ad Haliartum factam (aut. 395) Acarnanes ad foedus Boeotorum, Atheniensium aliorumque sociorum se applicaverunt (Diod. XIV 82, 3).

aestate 394. Pugnae ad flumen Nemeam commissae Acarnanes interfuerunt (Xen. Hell. IV 2, 17). Sed Coroneae defuerunt (ibid. 3, 15). Neque enim est, cur uno aut altero loco traditum nomen (illic Ἀκαρνᾶνες, hic Αἰνιᾶνες) mutetur, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 119[3].

autumno 389. Atheniensium trieres Oeniadis in statione erant (Xen. Hell. IV 6, 14).

inde ab aestate exeunti 389 usque ad ver 388. οἱ Ἀχαιοὶ ἔχοντες Καλυδῶνα – – καὶ πολίτας πεποιημένοι τοὺς Καλυδωνίους φρουρεῖν ἠναγκάζοντο ἐν αὐτῇ. οἱ γὰρ Ἀκαρνᾶνες ἐπεστράτευον, καὶ τῶν Ἀθηναίων δὲ καὶ Βοιωτῶν συμπαρῆσάν τινες αὐτοῖς διὰ τὸ συμμάχους εἶναι. πιεζόμενοι οὖν ὑπ' αὐτῶν οἱ Ἀχαιοὶ πρέσβεις πέμπουσιν εἰς τὴν Λακεδαίμονα. Lacedaemonii autem ἐκπέμπουσιν Ἀγησίλαον δύο μόρας ἔχοντα καὶ τῶν συμμάχων τὸ μέρος. οἱ μέντοι Ἀχαιοὶ πανδημεὶ συνεστρατεύοντο. ἐπεὶ δὲ διέβη ὁ Ἀγησίλαος, πάντες μὲν οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν Ἀκαρνᾶνες ἔφυγον εἰς τὰ ἄστη, πάντα δὲ τὰ βοσκήματα ἀπεχώρησε πόρρω, ὅπως μὴ ἁλίσκηται ὑπὸ τοῦ στρατεύματος. ὁ δ' Ἀγησίλαος ἐπειδὴ ἐγένετο ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς πολεμίας, πέμψας εἰς Στράτον πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων εἶπεν, ὡς, εἰ μὴ παυσάμενοι τῆς πρὸς Βοιωτοὺς καὶ Ἀθηναίους συμμαχίας ἑαυτοὺς καὶ τοὺς συμμάχους αἱρήσονται, δῃώσει πᾶσαν τὴν γῆν αὐτῶν ἐφεξῆς καὶ παραλείψει οὐδέν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείθοντο, οὕτως ἐποίει καὶ κόπτων συνεχῶς τὴν χώραν οὐ προῄει πλέον τῆς ἡμέρας ἢ δέκα ἢ δώδεκα σταδίων. οἱ μὲν οὖν Ἀκαρνᾶνες ἡγησάμενοι ἀσφαλὲς εἶναι διὰ τὴν βραδυτῆτα τοῦ στρατεύματος τά τε βοσκήματα κατεβίβαζον ἐκ τῶν ὀρῶν καὶ τῆς χώρας τὰ πλεῖστα ἠργάζοντο. ἐπεὶ δὲ ἐδόκουν τῷ Ἀγησιλάῳ πάνυ ἤδη θαρρεῖν, ἡμέρᾳ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ, ἀφ' ἧς εἰσέβαλε, θυσάμενος πρῴ διεπορεύθη πρὸ δείλης ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπὶ τὴν λίμνην, περὶ ἣν τὰ βοσκήματα τῶν Ἀκαρνάνων σχεδὸν πάντα ἦν (de situ cf. Oberhummer, *Akarnanien* 120[2]; E. Kirsten, *N. Jahrbb.* 1940, 312[27]), καὶ ἔλαβε παμπληθῆ καὶ βουκόλια καὶ ἱπποφόρβια καὶ ἄλλα παντοδαπὰ βοσκήματα καὶ ἀνδράποδα πολλά. λαβὼν δὲ καὶ μείνας αὐτοῦ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν διεπώλει τὰ αἰχμάλωτα. τῶν μέντοι Ἀκαρνάνων πολλοὶ πελτασταὶ ἦλθον καὶ πρὸς τῷ ὄρει σκηνοῦντος τοῦ Ἀγησιλάου βάλλοντες καὶ σφενδονῶντες ἀπὸ τῆς ἀκρωνυχίας τοῦ ὄρους ἔπασχον μὲν οὐδέν, κατεβίβασαν δὲ εἰς τὸ ὁμαλὲς τὸ στρατόπεδον καίπερ ἤδη περὶ δεῖπνον παρασκευαζόμενον. εἰς δὲ τὴν νύκτα οἱ μὲν Ἀκαρνᾶνες ἀπῆλθον, οἱ δὲ στρατιῶται φυλακὰς καταστησάμενοι ἐκάθευδον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπῆγεν ὁ Ἀγησίλαος τὸ στράτευμα. καὶ ἦν μὲν ἡ ἔξοδος ἐκ τοῦ περὶ τὴν λίμνην λειμῶνός τε καὶ πεδίου στενὴ διὰ τὰ κύκλῳ περιέχοντα ὄρη· καταλαβόντες δὲ οἱ Ἀκαρνᾶνες ἐκ τῶν ὑπερδεξίων ἔβαλλόν τε καὶ ἠκόντιζον καὶ ὑποκαταβαίνοντες εἰς τὰ κράσπεδα τῶν ὀρῶν προσέκειντο καὶ πράγματα παρεῖχον, ὥστε οὐκέτι ἐδύνατο τὸ στράτευμα πορεύεσθαι. ἐπιδιώκοντες δὲ ἀπὸ τῆς φάλαγγος οἵ τε ὁπλῖται καὶ οἱ ἱππεῖς τοὺς ἐπιτιθεμένους οὐδὲν ἔβλαπτον· ταχὺ γὰρ ἦσαν, ὁπότε ἀποχωροῖεν, πρὸς τοῖς ἰσχυροῖς οἱ Ἀκαρνᾶνες. χαλεπὸν δ' ἡγησάμενος ὁ Ἀγησίλαος διὰ τοῦ στενοπόρου ἐξελθεῖν ταῦτα πάσχοντας ἔγνω διώκειν τοὺς ἐκ τῶν εὐωνύμων προσκειμένους μάλα πολλοὺς ὄντας· εὐβατώτερον γὰρ ἦν τοῦτο τὸ ὄρος καὶ ὁπλίταις καὶ ἵπποις. καὶ ἐν ᾧ μὲν ἐσφαγιάζετο, μάλα κατεῖχον βάλλοντες καὶ ἀκοντίζοντες οἱ Ἀκαρνᾶνες καὶ ἐγγὺς προσιόντες πολλοὺς ἐτίτρωσκον. Cum autem signo dato Agesilaus impetum faceret, οἱ μὲν οὖν ὑποκαταβεβηκότες τῶν Ἀκαρνάνων καὶ ἀκροβολιζόμενοι ταχὺ ἐνέκλιναν καὶ ἀπέθνῃσκον φεύγοντες πρὸς τὸ ἄναντες· ἐπὶ μέντοι τοῦ ἀκροτάτου οἱ ὁπλῖται ἦσαν τῶν Ἀκαρνάνων παρατεταγμένοι καὶ τῶν πελταστῶν τὸ πολὺ καὶ ἐνταῦθα ἐπέμενον καὶ τά τε ἄλλα βέλη ἠφίεσαν καὶ τοῖς δόρασιν ἐξακοντίζοντες ἱππέας τε κατέτρωσαν καὶ ἵππους τινὰς ἀπέκτειναν. ἐπεὶ μέντοι μικροῦ ἔδεον ἤδη ἐν χερσὶ τῶν Λακεδαιμονίων ὁπλιτῶν εἶναι, ἐνέκλιναν καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ περὶ τριακοσίους. τούτων δὲ γενομένων ὁ Ἀγησίλαος τροπαῖον ἐστήσατο. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου περιιὼν κατὰ τὴν χώραν ἔκοπτε καὶ ἔκαιε· πρὸς ἐνίας δὲ τῶν πόλεων καὶ προσέβαλλεν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἀναγκαζόμενος, οὐ μὴν εἷλέ γε οὐδεμίαν. ἡνίκα δὲ ἤδη ἐπεγίγνετο τὸ μετόπωρον, ἀπῄει ἐκ τῆς χώρας – – πεζῇ δι' Αἰτωλίας – –. ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο κατὰ τὸ Ῥίον, ταύτῃ διαβὰς οἴκαδε ἀπῆλθε· καὶ γὰρ τὸν ἐκ Καλυδῶνος ἔκπλουν εἰς Πελοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι ἐκώλυον τριήρεσιν ὁρμώμενοι ἐξ Οἰνιαδῶν.

παρελθόντος δὲ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ ὑπέσχετο τοῖς Ἀχαιοῖς, εὐθὺς ἀρχομένου τοῦ ἦρος πάλιν φρουρὰν ἔφαινεν ἐπὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας. οἱ δὲ αἰσθόμενοι καὶ νομίσαντες διὰ τὸ ἐν μεσογείᾳ σφίσι τὰς πόλεις εἶναι ὁμοίως ἂν πολιορκεῖσθαι ὑπὸ τῶν τὸν σῖτον φθειρόντων, ὥσπερ εἰ περιεστρατοπεδευμένοι πολιορκοῖντο, ἔπεμψαν πρέσβεις εἰς τὴν Λακεδαίμονα καὶ εἰρήνην μὲν πρὸς τοὺς Ἀχαιούς, συμμαχίαν δὲ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐποιήσαντο, Xen. Hell. IV 6—7, 1; cf. Ages. II 20; Plut. Ages. 22 fin.; Paus. III 10, 2 (vitiose); Polyaen. II 1. 10. De tempore cf. Beloch, *Gr. Gesch.*[2] III 2, 221/2.

378. Lacedaemonii τάς τε πόλεις καὶ τοὺς καταλεγομένους στρατιώτας εἰς τὸν πόλεμον διεῖλαν εἰς δέκα μέρη. – – τὴν δ' ὀγδόην (μερίδα ἐπλήρουν) Ἀκαρνᾶνες, Diod. XV 31, 2. Quam discriptionem Ed. Meyer, *Gesch. d. A.* V 306 iam anno 382 attribuit; item H. Bengtson, *Gr. Gesch.* 254.

375. Timotheus praetor Atheniensium, qui vere cum classe Peloponnesum circumvectus erat, praeter alias καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν (πόλεις) ὁμοίως ἔπεισεν ἀποκλῖναι πρὸς Ἀθηναίους, Diod. XV 36, 5.

ἀντεπλήρωσαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ναυτικὸν καὶ Νικόλοχον ναύαρχον – – ἐξέπεμψαν· ὃς ἐπειδὴ εἶδε τὰς μετὰ Τιμοθέου ναῦς, οὐκ ἐμέλλησε καίπερ ἓξ νεῶν αὐτῷ ἀπουσῶν τῶν Ἀμβρακιωτίδων, ἀλλὰ πέντε καὶ πεντήκοντα ἔχων ναῦς ἑξήκοντα οὔσαις ταῖς μετὰ Τιμοθέου ἐναυμάχησε (exeunte mense Iunio: ἦν ἑορτὴ Σκίρα, Polyaen. III 10, 4; cf. A. Schaefer, *Demosthenes* I[2] 48[4]). καὶ τότε μὲν ἡττήθη, καὶ τροπαῖον ὁ Τιμόθεος ἔστησεν ἐν Ἀλυζείᾳ. ὁ δὲ ἀνειλκυσμένων τῶν Τιμοθέου νεῶν καὶ ἐπισκευαζομένων, ἐπεὶ παρεγένοντο αὐτῷ αἱ Ἀμβρακιώτιδες ἓξ τριήρεις, ἐπὶ τὴν Ἀλύζειαν ἔπλευσεν, ἔνθα ἦν ὁ Τιμόθεος. ὡς δὲ οὐκ ἀντανῆγε, τροπαῖον αὖ κἀκεῖνος ἐστήσατο ἐν ταῖς ἐγγυτάτω νήσοις, Xen. Hell. V 4, 65—66; cf. Diod. XV 36, 5 (περὶ Λευκάδα); Polyaen. III 10, 4. 12. 17 (περὶ Λευκάδα). Videntur Athenienses ex hac victoria proras Delum dedicavisse, cf. *Inscr. Délos* $1446_{21/2}$: ἀκροστόλια ἐν θή|[κηι – – ἀνάθημα Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἀπὸ τῆ]ς περὶ Λευκάδα ναυμαχίας. Naves a Timotheo captae recensentur in titulo IG II/III[2] 1606 anni 374/3.

Acarnanes legatis Athenas missis Athenienses una cum Corcyraeis et Cephallenibus decreto mense Augusto aut Septembri facto (IG II/III[2] 96) in societatem receperunt his verbis: ἀναγράψαι τῶν πόλεων τ[ῶν ἡκουσῶν τὰ ὀ]νόματα [ἐ]ς τὴν στήλην τὴν κοινὴν τῶ[ν συμμάχων τὸν] γραμμα[τ]έα τῆς βουλῆς καὶ ἀποδõνα[ι τὸς ὅρκους τα]ῖς πόλε[σι] ταῖς ἡκόσαις τὴν βουλὴν [καὶ τὸς στρατηγὸς καὶ το]ὺς ἱππέας· καὶ τὸς συμμά[χος ὀμόσαι ὡσαύτως τὸν ὅρ]κον· πραχθέντων δὲ τούτ[ων ἑλέσθαι τὸν δῆμον καθ' ὅ]τι ἂν δόξει τῶι κοινῶι [τῶν συμμάχων ἄνδρας τὸς ἀπ]οληψομένος τὸς ὅρκος [παρὰ τῶν πόλεων τὸς καὶ ἀνα]γραφη[σομέν]ος εἰς τὴν στή[λην τὴν κοινήν, οὗ οἱ σύμ]μαχοι ἐ[γγ]εγραμένοι εἰσίν. π[έμψαι δὲ καὶ συνέδρο]ς τῶν πό[λ]εων ἑκάστην ἐς τὸ συν[έδριον τῶν συμμάχων] κατὰ τὰ δόγματα τῶς συμμάχω[ν καὶ τõ δήμο τõ Ἀθηνα]ίων. περὶ δὲ τῶν Ἀκαρνάνων σκ[έψασθαι κοινῆι μετὰ Α]ἰσχύλο κ[α]ὶ Εὐάρχο καὶ Εὐρυ[– – καὶ – –]ος καὶ Ε[..⁷.... κα]ὶ Ῥυσιάδ[ο – –]ντ – – (quae nomina legatorum Acarnanum fuisse videntur). In tabula IG II/III[2] 43, quae est illa κοινὴ στήλη τῶν συμμάχων, nomen Acarnanum in latere sinistro (B_{10}) inscriptum est.

brevi ante 373. Acarnanes inimicitias cum Phricodemo, qui in Ozolarum oppido Oeanthea tyrannidem occupaverat, habebant, id quod narratio Polyaeni VIII 46 docet; cf. Oberhummer, *Akarnanien* 127; L. Lerat, *Les Locriens de l'Ouest* II (1952) 45 s.

372. Iphicrates praetor Atheniensium, qui cum classe Corcyrae erat, τοὺς πελταστὰς καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὁπλίτας ἔχων διέβαινεν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν· καὶ ἐκεῖ ταῖς μὲν φιλίαις πόλεσιν ἐπεκούρει, εἴ τις δέοιτο, Θυριεῦσι δὲ μάλα καὶ ἀνδράσιν ἀλκίμοις καὶ χωρίον καρτερὸν ἔχουσιν ἐπολέμει, Xen. Hell. VI 2, 37. Apparet igitur non omnia Acarnanum oppida foederi cum Atheniensibus icto favisse.

hieme 370/69. Boeotos cum Epaminonda duce in Peloponnesum invaderent, etiam Acarnanes secuti sunt (Xen. Hell. VI 5, 23. Ages. II 24). Videntur igitur post pugnam Leuctricam ab Atheniensibus defecisse, Tod, *Gr. Hist. Inscr.* II p. 85 s.; sed cf. etiam A. Schaefer, *Demosthenes* I[2] 81[3] et Oberhummer, *Akarnanien* 127, qui putant nomen Acarnanum apud Xenophontem non recte se habere, iniuria si quid video.

c. 365—356. Hoc tempore in thearodocorum Epidauriorum stela IG IV[2] 1, 95 hi Acarnanes recensentur:

Οἰνιάδαι· Λάϊππος.
Στράτος· Θεοπροπίδας.
Φοιτίαι· Σίσυρνος.

Κορόνται· Ἀξίοχος, Πίμφις.
Μεδιών· Ἀριστίων.
Εὔριπος· Κοιρόμαχος.
Θύρρειον· Ταυρίσκος.
Ἐχίνεος· Κόσων.
Τορύβεια· Ἄντανδρος, Πρόξενος[1]).
Πάλαιρος· Λεόντιος.
Ὑπωρείαις· Τείσανδρος.

De situ oppidorum Εὐρίπου, Ἐχινέου, Τορυβείας, Ὑπωρειῶν non constat; ad oppida Ἐχίνεον et Τορύβειαν vide capita V et VII, ad Ὑπωρείας (cf. nr. 587) L. Robert, Hellenica I 1940, 106 ss.

[1]) Ἄντανδρος πρόξενος Hiller cum prioribus adnotans: 'Πρόξενος simul cum Ἄντανδρος incisum, munus non hominem alterum indicat; non fuit ergo θεαροδόκος', id quod probare non possum (SEG XI 411); sunt duo thearodoci velut oppidi Κοροντῶν.

vere 361. Ad novum Apollinis templum ab Amphictyonibus Delphis exstruendum contulerunt Φοιτιεῖς καὶ Στράτιοι δραχμὰς τριακοσίας πεντήκοντα, ἤνικαν δὲ τὸ ἀργύριον Πυρροίτας Στράτιος, Δράκων Φοιτιεύς, *BCH* 66/7, 1942/3, 86 $II_{15\,88}$. De tempore atque de Phoetiensibus et Stratiis coniunctis vide, quae ad nr. 390 adnotavimus.

356 ss. Ad bellum contra Phocenses gerendum Boeotis dederunt: Ἀριστίωνος ἄρχοντος· Ἀλυζῆοι – –· πρισγεῖες Χάροψ Δάδωνος, Ἀριστο – –. Ἀνακτοριεῖες τριάκοντα μνᾶς· πρι[σγεῖες – –] Φόρμω, Ἄρκος Τειρεῖος. — Νικολάω ἄρχοντος· Ἀλυ[ζῆοι] ἄλλας τριάκοντα μνᾶς· εἴ[νιξαν] πρισγεῖες Ἀλυζαίων Θεο[— Ἀ]λεξάνδρου, Δίων Πολυ – –, IG VII 2418 (Syll.³ 201; Tod, *Gr. Hist. Inscr.* II 160). De annis horum archontum Boeoticorum non satis constat. 'At sunt quae suadeant, ut ad initium potius quam ad extrema belli tempora titulum referamus' (Dittenberger, Syll.³ l. c. not. init.). Annis 354 et 353 tribuit M. Guarducci, *Riv. fil.* 58, 1930, 321 ss.

post 354. Hoc tempore in thearodocorum Epidauriorum stela IG IV² 1, 95 hi Acarnanes recensentur:

ἐν Λιμναίαι· Θωπίνας Ἀρι[σ]τολάου.
Οἰνιάδαι· Λυκόφρων.
Στράτος· Φίλλος.
Ἀστακοί· Καλλέας[1]) [Ν]ίκωνος.
Ἀλυζέα· Ἀργεῖος Γόργου.
Ἀνακτόριον· Ἀριστίων Περιάνδρου.

De situ oppidi Λιμναίας (*Karvasaras*) cf. K. A. Rhomaeos, Δελτ. 4, 1918, 114.

[1]) Kla. ectypo collato, Καλλίας priores.

c. med. saec. IV. Quibusdam Ἀκαρνᾶσι ἐξ Ἀσ[τακοῦ] ab Atheniensibus honores decreti sunt, IG II/III² 266.

— πολλοὶ μὲν οὖν περὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὡς εἰκός, ἦσαν αὐτοῦ (puerilis Alexandri Magni), τροφεῖς καὶ παιδαγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι λεγόμενοι, πᾶσι δ' ἐφειστήκει Λεωνίδας – – τροφεὺς Ἀλεξάνδρου καὶ καθηγητὴς καλούμενος. ὁ δὲ τὸ σχῆμα τοῦ παιδαγωγοῦ καὶ τὴν προσηγορίαν ὑποποιούμενος ἦν Λυσίμαχος, τῷ γένει Ἀκαρνάν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχων ἀστεῖον, ὅτι δ' ἑαυτὸν μὲν ὠνόμαζε Φοίνικα, τὸν δὲ Ἀλέξανδρον Ἀχιλλέα, Πηλέα δὲ τὸν Φίλιππον, ἠγαπᾶτο καὶ δευτέραν εἶχε χώραν, Plut. Alex. 5. Philippus, medicus Acarnan, *puero* (Alexandro) *comes et custos salutis datus non ut regem modo sed etiam ut alumnum eximia caritate diligebat*, Curt. III 6, 1.

349/8. Decretum Atheniensium de Echinaeis (vide caput V), qui legatos miserant, IG II/III² 208.

342. Cum Philippus ex Epiro contra Ambraciam proficisceretur, Acarnanes denuo se ad Atheniensium societatem applicaverunt (Beloch, *Gr.Gesch.*² III 1, 545), nam Athenienses in Acarnaniam milites subsidio miserunt (Πυθοδότου ἄρχοντος, Demosth. 48, 24. 26). De tempore cf. Beloch l. c. III 2, 291/2.

341. Demosthenes in Acarnaniam quoque legatus missus πάντας Ἀκαρνᾶνας ἐπὶ Φίλιππον συνέταξε, qui δισχιλίους ὁπλίτας se daturos esse promiserunt (Aeschin. III 97/8). Quo promisso non steterunt, cf. ad annum 338 et Oberhummer, *Akarnanien* 130 cum nota 3, ubi recte puto verba Aeschinis l. c. 256 Demosthenem ἀποστῆσαι Ἀκαρνᾶνας interpretatur. De anno cf. Schaefer, *Demosthenes* II² 486.

338. Pugnae Chaeronensi Acarnanes publico consilio non interfuerunt, sed Φορμίων καὶ Καρφίνας, nepotes illius Phormionis, qui ab Atheniensibus civis factus erat (cf. supra c. 400), βοηθήσαντες μετὰ δυνάμεως συνκατετάττοντο μετὰ Ἀθηναίων, καθότι ὁ στρατηγὸς παραγγέλλοι. Qui quod domum reverti non poterant Atheniensium fautoribus a Philippo ex Acarnania eiectis, Athenis degebant. Ubi aestate anni 337 Phormio et Carphinas ab Atheniensibus corona aurea et avita civitate confirmata, reliqui Acarnanes, ἕως ἂν κατέλθωσιν, eisdem fere privilegiis, quae οἱ ἰσοτελεῖς habebant, donati sunt, IG II/III² 237.

338/7. Acarnanes Graecorum societate communi Corinthi facta comprehensos esse probabile est, quamquam nomen eorum in indice lacunoso civitatium foederatarum IG II/III² 236 *b* servatum non est. Quod M. N. Tod huius tituli vs. 6 ineuntem (= *Gr. Hist. Inscr.* II 177_{29}) Schwahnium secutus supplevit: [Αἰτωλῶν : Π: Ἀκαρνάν]ων : ΙΙ :, plane incertum est.

338—314. Intra horum annorum spatium Acarnanes fines Agraeorum cum oppido Agrinio occupaverunt, cf. IG IX 1²1 p. $XIV_{73 ss.}$ (ad notam 1 adde nunc E. Kirsten, *RE* XVII 2212 et K. Δ. Στεργιόπουλος, Ἡ ἀρχαία Αἰτωλία (1939) 121, quorum uterque de anno 322 cogitat).

336. Philippo mortuo Αἰτωλοὶ κατάγειν τοὺς ἐξ Ἀκαρνανίας φυγάδας ἐψηφίσαντο διὰ Φιλίππου πεῖραν εἰληφότας τῆς φυγῆς, Diod. XVII 3, 3. Verba τοὺς ἐξ Ἀκαρνανίας φυγάδας per notam illam attractionem praepositionis dicta esse, i. e. Aetolorum exsules, qui in Acarnaniam fugerant, intellegendos esse suo iure contendit W. Hohmann, *Aitolien und die Aitoler bis zum lamischen Kriege* (diss. Hal. 1908) 35.

334 ss. Alexandrum Magnum cum expeditionem contra Persas faceret, comites secuti sunt eius educatores Lysimachus et Philippus (vide supra c. med. saec. IV). De Lysimacho cf. Plut. Alex. 24 (H. Berve, *Alexanderreich* II nr. 481), de Philippo P. Treves, *RE* XIX 2549 nr. 63.

333. Βιάνωρ ὁ Ἀκαρνάν, dux mercennariorum in exercitu Darei, cum suis aliisque e pugna ad Issum facta Tripolim Phoeniciae atque inde Cyprum et, ut quidem videtur, in Aegyptum fugit, Arrian. II 13, 2—3; cf. H. Berve, *Alexanderreich* II nr. 214.

c. 330. Aetoli Oeniadas occupant atque incolas ex oppido pellunt indignante Alexandro (Diod. XVIII 8, 6; Plut. Alex. 49); cf. IG IX 1² 1 p. XII_{102}, de tempore brevi ante pugnam ad Issum commissam cogitat Schwahn, *RE* IV A 1195_{58}.

330—326. σῖτον ἔδωκε ἁ πόλις (Cyrenensium), ὅκα ἁ σιτοδεία ἐγένετο ἐν τᾶι Ἑλλάδι, -- Ἀκαρνάνων Παλαιραίοις μυρίος (sc. medimnos), SEG IX 2_{35}; '*not necessarily as a free gift, but more probably at or below the normal price*' M. N. Tod, *Gr. Hist. Inscr.* II p. 274.

323. Bello Lamiensi, quod dicitur, soli ex omnibus Acarnanibus Ἀλυζαῖοι cum Atheniensibus societatem fecerunt (Diod. XVIII 11, 1). Quinam intellegendi sint Ἀκαρνᾶνες ⟨οἱ⟩ ἐς τὸ Αἰτωλικὸν συντελοῦντες, quos Pausanias I 25, 4 inter foederis participes enumerat, non satis perspicuum est, cf. Swoboda, *Staatsaltert.* 298⁴ et E. Kirsten, *RE* XVII 2211_{62}; fortasse revera de Oeniadis cogitandum est.

Anno 322 foedus dissolutum est (Diod. XVIII 17, 8. 18, 1).

322. [Clitus Macedonum classi praefectus ναυμαχήσας πρὸς Ἠετίωνα (potius Εὐετίωνα, cf. IG II/III² $505_{18.25}$) τὸν Ἀθηναίων ναύαρχον ἐνίκησε δυσὶν ναυμαχίαις καὶ συχνὰς τῶν πολεμίων νεῶν διέφθειρε περὶ τὰς καλουμένας Ἐχινάδας νήσους, Diod. XVIII 15, 9; sed quod Diodorus de loco tradit, aut falsum est aut aliae insulae ac notae illae in ora Acarnanica sitae, i. e. fortasse cognomines quaedam Amorgo vicinae intellegendae sunt, cf. A. C. Johnson, *Am. Journ. Arch.* XVII 1913, 512. 516; Schoch, *RE* XI 666 nr. 10.]

321. Dum Aetoli incursionem in Thessaliam faciunt, Ἀκαρνᾶνες ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Αἰτωλοὺς ἐνέβαλον εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τήν τε χώραν ἐδῄουν καὶ τὰς πόλεις ἐπολιόρκουν. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ πυθόμενοι τὰς ἰδίας πατρίδας κινδυνεύειν τοὺς μὲν ἄλλους στρατιώτας ἀπέλιπον ἐν Θετταλίᾳ --, αὐτοὶ δὲ τοὺς πολιτικοὺς ἀναλαβόντες ἧκον συντόμως εἰς τὴν Αἰτωλίαν καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας καταπληξάμενοι τὰς πατρίδας ἠλευθέρωσαν τῶν κινδύνων, Diod. XVIII 38, 4—5.

— Εὐήνωρ Εὐηπίου medicus, de quo confer M. Wellmann, *RE* VI 972 nr. 1, ab Atheniensibus proxenia aliisque honoribus, haud multo post civitate donatus est, IG II/III² 373. 374. Qui in tit. 373 Ἀκαρνάν appellatur, in tit. 374 Ἀργεῖος, unde Beloch (*Gr. Gesch.*² III 1, 291 cum nota 2) non recte puto conclusit Amphilochiam tunc temporis foederi Acarnanico addictam fuisse; nam κοινῇ ᾤκισαν oppidum Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀκαρνᾶνες, cf. supra ad a. 432; vide etiam Oberhummer, *Akarnanien* 219.

314. Κάσσανδρος δ' ὁρῶν τοὺς Αἰτωλοὺς συναγωνιζομένους μὲν Ἀντιγόνῳ, πόλεμον δ' ἔχοντας ὅμορον πρὸς Ἀκαρνᾶνας ἔκρινε συμφέρειν ἅμα συμμάχους μὲν Ἀκαρνᾶνας ποιήσασθαι, ταπεινῶσαι δὲ τοὺς Αἰτωλούς. διόπερ ἀναζεύξας ἐκ Μακεδονίας μετὰ δυνάμεως μεγάλης ἧκεν εἰς Αἰτωλίαν καὶ κατεστρατοπέδευσεν περὶ τὸν καλούμενον Καμπύλον ποταμόν· συναγαγὼν δὲ τοὺς Ἀκαρνᾶνας εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν καὶ διελθών, ὅτι πόλεμον ἔχουσιν ὅμορον ἐκ παλαιῶν χρόνων, συνεβούλευεν

ἐκ τῶν ⟨ἀν⟩οχύρων καὶ μικρῶν χωρίων εἰς ὀλίγας πόλεις μετοικῆσαι, ὅπως μὴ διεσπαρμένης τῆς οἰκήσεως ἀδυνατῶσιν ἀλλήλοις βοηθεῖν καὶ πρὸς τὰς ἀπροσδοκήτους τῶν πολεμίων ἐπιθέσεις δυσχερῶς ἀθροίζωνται. πεισθέντων δὲ τῶν Ἀκαρνάνων οἱ πλεῖστοι μὲν εἰς Στράτον πόλιν συνῴκησαν, ὀχυρωτάτην οὖσαν καὶ μεγίστην, Οἰνιάδαι[1]) δὲ καί τινες ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν (vide caput XI), Δεριεῖς[2]) δὲ μεθ' ἑτέρων εἰς Ἀγρίνιον. ὁ δὲ Κάσσανδρος ἀπολιπὼν στρατηγὸν Λυκίσκον μετὰ τῶν ἱκανῶν στρατιωτῶν τούτῳ μὲν παρήγγειλε βοηθεῖν Ἀκαρνᾶσιν, αὐτὸς δὲ Leucadem profectus est, Diod. XIX 67, 3—5.

[1]) Sc. incolae a. c. 300 ab Aetolis ex oppido pulsi, cf. IG IX 1^2 1 p. XIII$_{97}$. Obloquitur E. Kirsten, *RE* XVII 2212 et *N. Jahrbb.* 1940, 314, qui putat Acarnanes a. 321 oppidum recuperasse, cf. etiam Κ. Δ. Στεργιόπουλος, Ἡ ἀρχαία Αἰτωλία (1939) 121. [2]) Eadem forma IG IV^2 1, 96$_{61.65}$, Δηριεύς IG IX 1^2 3 A_{23}. De regione (*Lykovitsi-Skortu*) cf. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 113/4, sed vide etiam nr. 418.

ἀπαλλαγέντος δὲ ἐκ τῆς Αἰτωλίας τοῦ Κασσάνδρου συστραφέντες τῶν Αἰτωλῶν εἰς τρισχιλίους καὶ περιχαρακώσαντες Ἀγρίνιον ἐπολιόρκουν, τῶν δὲ κατοικούντων τὸ χωρίον ὁμολογίας ποιησαμένων ὥστε τὴν μὲν πόλιν παραδοῦναι, τῆς δ' ἀσφαλείας τυχόντας αὐτοὺς ἀπαλλαγῆναι, οὗτοι μὲν πιστεύοντες ταῖς σπονδαῖς ἀπῄεσαν, οἱ δ' Αἰτωλοὶ παραβάντες τὰς συνθήκας καὶ καταδιώξαντες τοὺς οὐδὲν ἐλπίζοντας πείσεσθαι δεινὸν πλὴν ὀλίγων πάντας ἀπέσφαξαν, Diod. XIX 68, 1.

313. Φίλιππος ὑπὸ Κασσάνδρου πεμφθεὶς στρατηγὸς εἰς τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον ὡς τάχισθ' ἧκεν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν μετὰ τῆς δυνάμεως, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει λεηλατεῖν τὴν Αἰτωλίαν, μετ' ὀλίγον δὲ πυθόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην εἰς τὴν βασιλείαν κατεληλυθότα in Epirum profectus est et Aeacidam acie vicit. τῶν δὲ περὶ τὸν Αἰακίδην ἀθροισθέντων ἐκ τῆς φυγῆς καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς συμμιξάντων πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φίλιππος μάχῃ ἐκράτησεν καὶ πολλοὺς ἀνεῖλεν, ἐν οἷς ἦν καὶ Αἰακίδης ὁ βασιλεύς. Aetoli autem perterriti sunt ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε τὰς ἀνοχύρους πόλεις ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὰ δυσβατώτατα τῶν ὀρῶν συμφυγεῖν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν, Diod. XIX 74, 3—6. Alteram pugnam πρὸς Οἰνιάδαις factam esse tradit Pausanias I 11, 4. Itaque probabile est tunc temporis Acarnanes hoc oppidum recuperavisse, cf. IG IX 1^2 1 p. XIV$_{102\ 88}$.

312. Lyciscus (cf. a. 314) fuit etiamtum ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς Ἀκαρνανίας στρατηγὸς ὑπὸ Κασσάνδρου, Diod. XIX 88, 2.

302/1. Εὐφρόνιος Ἡγήμονος Ἀκαρνάν ab Ephesiis civitate donatus est, quod praeter alia merita, cum Ephesii legationem ad Prepelaum ὑπὲρ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱεροῦ (de recta interpretatione cf. L. Robert, Hellenica III 1946, 79 ss. nr. VI) καὶ τῆς ἀτελείας τῆι θεῶι misissent, συνδιοίκησεν μετὰ τῆς πρεσβείας, ὅπως ἂν ἡ ἀτέλεια ὑπάρχηι τῆι θεῶι, Syll.^{3} 353.

fin. saec. IV. [Ἡράκ]λειτος Ἀκαρνὰν [Θυρ]ρειεύς proxenus Delphorum ἄ. Εὐβουλίδα (cf. G. Daux, *Chron. delph.* 25 F 5), *GDI* 2658.

saec. IV. Filius quidam Φιλανδρίδου Στράτιος primus Acarnanum Olympiae pancratium vicit, Paus. VI 2, 1; cf. Oberhummer, *Akarnanien* 256^3; Lippold, *RE* XIV 55 nr. 33; A. Wilhelm, *Wien. Jahresh.* 33, 1941, 43.

in. saec. III. Ἀρισταρχίδας Ἀλεξίλα [Δ]εριεύς proxenus et thearodocus Epidauriorum, IG IV^2 1, 96$_{61.64}$, corr. M. Mitsos, cf. SEG XI 412.

— Ἱππίας Περικλέος Ἀκαρνὰν ἐξ Ἀστακῶν proxenus Megarensium, IG VII 12; contra M. Feyel, *Polybe et l'histoire de Béotie au III^e siècle avant notre ère* (1942) 85 ss. annos c. 239—229 praefert.

294. Cum Alexander, Cassandri filius, Epirotarum regem Pyrrhum in auxilium contra Antipatrum fratrem vocaret, ἐπελθὼν ὁ Πύρρος ᾔτησε μισθὸν τῆς συμμαχίας τήν τε Στυμφαίαν καὶ τὴν Παραυαίαν τῆς Μακεδονίας καὶ τῶν ἐπικτήτων ἐθνῶν Ἀμβρακίαν, Ἀκαρνανίαν[1]), Ἀμφιλοχίαν. προεμένου δὲ τοῦ νεανίσκου ταῦτα μὲν αὐτὸς εἶχε φρουραῖς καταλαβών, Plut. Pyrrh. 6. Apparet igitur Acarnanes minus socios Macedonum quam eorum imperio subiectos fuisse (G. N. Cross, Epirus 1932, 129/30) vel paulatim in hanc condicionem devenisse.

[1]) Iniuria lectionem traditam in Ἀθαμανίαν vel Ἀτιντανίαν mutare voluerunt, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 142/3; R. Schubert, *Gesch. d. Pyrrhus* (1894) 128; C. Klotzsch, *Epirot. Gesch.* (1911) 171/2; W. W. Tarn, *Antig. Gon.* (1913) 58^{53}; Beloch, *Gr. Gesch.*^{2} IV 2, 383; G. N. Cross, Epirus 59^2.

283. Rex Lysimachus Pyrrho absente Epirum vastavit, Paus. I 9, 7; de anno cf. C. Klotzsch, *Epirot. Gesch.* 212. Tum autem Lysimachum simul Acarnaniam liberasse probabile est (Tarn, *Antig. Gon.* 120 cum nota 20 et *Cambr. Anc. Hist.* VII 96; Klaffenbach, Historia IV 1955, 48/9; dubitat Cross, Epirus 131 cum nota 3). Atque eodem tempore etiam Leucas Acarnanibus tributa esse videtur, cf. Tarn l. c.; aliter censuerunt

H. Swoboda, *Klio* X 1910, 401 (*'nicht vor Pyrrhos' Tod'*), Schwahn, *RE* IV A $1196_{10\,ss.}$ (312), Cross l. c. 132[1] (*'Pyrrhus himself may have been responsible for the union'*).

281. Conventum quoddam inter foedus Acarnanum et regem Pyrrhum, nr. 207.

280. Pyrrhus inter alios mercennarios etiam Acarnanes secum in Italiam duxit, Dion. Hal. XX 1, 2. 3, 6, cf. M. Launey, *Recherches sur les armées hellénistiques* I 202, qui tamen non recte dicit C. Klotzschium (*Epirot. Gesch.* 172 s.) de sociis, non de mercennariis cogitasse.

276/5. Λάϊτος -- Ἀκαρνὰν ἐξ Στρ[άτου] proxenus Delphorum ἄ. Χαριξένου, *FD* III 1, 106. Archontem Charixenum assignaverunt anno 277/6 R. Flacelière, *Les Aitoliens à Delphes* 435 nr. 21, 277/6? G. Daux, *Chron. delph.* 33 G 3, equidem autem annum 276/5 praefero propter archontem Hieronem anno 278/7 tribuendum, cf. *Klio* 32, 1939, 194.

vere 272. Pylaea verna ἄ. Ἀρχιάδα (cf. G. Daux, *Chron. delph.* 34 G 7) hieromnemones Σατύρῳ Νικομάχου Ἀκαρνᾶνι ἐκ Τυρβείου (vide caput VII), qui una cum aliis furtum in Apollinis Pythii fano commissum indicaverat, προδικίαν, ἀσφάλειαν, ἐπιτιμάν contulerunt, *FD* III 3, 203. Eodem tempore etiam Delphi hos viros decreto adhuc inedito honoraverunt, cf. R. Flacelière, *Les Aitoliens à Delphes* 441[1].

c. 263. Alexander, Pyrrhi Epirotae filius, a Macedonibus e regno suo pulsus exsul ad Acarnanes confugit, Iustin. XXVI 2, 11. 3, 1, cf. Klaffenbach, *Klio* 24, 1931, 231 et Historia IV 1955, 49.

263 vel 262. συνθήκα καὶ συμμαχία Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνάνοις, fasc. 1 nr. 3 *A*. De tempore cf. Klaffenbach, Historia IV 1955, 46 ss.

262 (?). *Alexander -- non minore Epirotarum desiderio quam sociorum* (i. e. Aetolorum et Acarnanum) *auxilio in regnum restituitur*, Iustin. XXVI 3, 1, cf. Klaffenbach, Historia IV 1955, 50/1.

256/5 (?). Τίμων Γατίμου et eius filii (?) -- άνωρ, Πίμφων Ἀκαρνᾶνες proxeni Delphorum ἄ. Ἀριστίωνος (cf. G. Daux, *Chron. delph.* 37 G 22), *GDI* 2659.

c. 252/50 (?). Aetoli contra foedus anno 263 vel 262 cum Acarnanibus ictum πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην ὅρκους ποιησάμενοι καὶ συνθήκας ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ μερισμῷ τῆς Ἀκαρνανίας (Polyb. IX 34, 7, cf. II 45, 1; Iustin. XXVIII 1, 1) in partitione regionem inter meridiem et ortum solis spectantem (Stratum, Phoetias, Matropolim, Oeniadas) acceperunt, Alexander autem regionem inter septentriones et occasum solis spectantem (Limnaeam, Medionem, Thyrrheum, Leucadem), cf. Swoboda, *Staatsaltert.* 301 cum nota 2; de tempore cf. Cross, Epirus 133; Klaffenbach, Historia IV 1955, 51. Quo referendum est, quod Frontin. strat. III 4, 5 de *Alexandro oppugnaturo Leucadiam* narrat, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 145; Beloch, *Gr. Gesch.*[2] IV 1, 596[1]; S. I. Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania in the age of the Roman conquest of Greece* (1954) 100, 18. Aetoli autem καταστρεψάμενοι τοὺς ὁμόρους σφίσιν Ἀκαρνᾶνας monumentum Delphis erexerunt, Paus. X 16, 6, cf. *FD* III 4, 178.

priore parte saec. III. Διοκλῆς Δαμάρχου Ἀκαρνὰν τεταγμένος παρὰ βασιλεῖ Πτολεμαίωι (I. aut II.) a Cois civitate donatus est, cf. R. Herzog, *Heilige Gesetze von Kos* (*Abh. Ak. Berl.* 1928 nr. 6) 42.

239. Aetoli Epirotarum partem Acarnaniae aggressi sunt, Iustin. XXVIII 1, 1—3. 2, 14; annus inde colligitur, quod impetus Aetolorum Demetrio Antigoni Gonatae filio iam regnante (inde ab anno 240/39) et ante initium belli quod vocatur Demetrii (239/8, cf. W. W. Tarn, *Athenian Studies Ferguson* 1940, 490) factus est. Tum Aetoli Thyrrheum oppidum expugnasse videntur, quod tamen ante annum 221, fortasse iam ante annum 231, rursus amiserunt, cf. Klaffenbach, *SB Ak. Berl., Kl. f. Sprachen usw.* 1954, 1, 23/4.

[Quod Iustin. l. c. 1, 5—2 tradit Acarnanes auxilium Romanorum adversus Aetolos implorasse atque Romanos legationem ad Aetolos misisse, iure meritoque Holleaux ficticium esse demonstravit, cf. IG IX 1[2] 1 p. $XXII_{50\,ss.}$; assentiuntur etiam P. Treves, *Rendiconti Accad. dei Lincei* VI 8 (1932) 197[1] et Athenaeum 13, 1935, 49; R. Flacelière, *Les Aitoliens à Delphes* 251[3]; S. I. Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania* 92 ss., ubi vide de aliorum sententiis.]

c. 238—232. Thyrrheorum arbitrium de finibus Oeniadarum et Matropolitarum factum, fasc. 1 nr. 3 *B*; de tempore cf. Klaffenbach, *SB. Ak. Berl.* 1954, 1, 23[2].

autumno 231. Αἰτωλοὶ οὐδαμῶς δυνάμενοι πεῖσαι Μεδιωνίους μετέχειν σφίσι τῆς αὐτῆς πολιτείας ἐπεβάλοντο κατὰ κράτος ἑλεῖν αὐτούς. στρατεύσαντες οὖν πανδημεὶ καὶ περιστρατοπεδεύσαντες

αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπολιόρκουν πᾶσαν βίαν προσφέροντες καὶ μηχανήν. συνάψαντος δὲ τοῦ χρόνου τῶν ἀρχαιρεσίων (Aetolorum) -- καὶ τῶν πολιορκουμένων ἤδη κακῶς διακειμένων καὶ δοκούντων ἀν' ἑκάστην ἡμέραν ἐνδώσειν ἑαυτοὺς -- προσπλέουσιν τῆς νυκτὸς ἑκατὸν λέμβοι πρὸς τὴν Μεδιωνίαν κατὰ τοὺς ἔγγιστα τόπους τῆς πόλεως, ἐφ' ὧν ἦσαν Ἰλλυριοὶ πεντακισχίλιοι, quos Agron, Illyriorum rex, ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φιλίππου πατρὸς πεισθεὶς χρήμασιν subsidio miserat. καθορμισθέντες δὲ καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης ἐνεργὸν καὶ λαθραίαν ποιησάμενοι τὴν ἀπόβασιν -- προῆγον -- ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν στρατοπεδείαν. Pugna commissa συνεπιθεμένων τοῖς Αἰτωλοῖς ἅμα καὶ τῶν Μεδιωνίων ἐκ τῆς πόλεως Aetoli victi sunt. Deinde Illyrii domum reverterunt. οἱ δὲ Μεδιώνιοι τετευχότες ἀνελπίστου σωτηρίας, ἀθροισθέντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐβουλεύοντο περί τε τῶν ἄλλων καὶ περὶ τῆς τῶν ὅπλων ἐπιγραφῆς (id quod Aetoli ante cladem fecerant). ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς κοινὴν ποιήσειν τὴν ἐπιγραφὴν ἀπό τε τοῦ τὴν ἀρχὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔχοντος καὶ τῶν εἰς τὸ μέλλον προπορευομένων κατὰ τὸ τῶν Αἰτωλῶν δόγμα, τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπὶ τῶν ἐκείνοις συμβαινόντων ἐνδεικνυμένης τὴν αὑτῆς δύναμιν. ἃ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὶ προσεδόκων ὅσον ἤδη πείσεσθαι, ταῦτα πράττειν αὐτοῖς ἐκείνοις παρέδωκεν ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ κατὰ τῶν πολεμίων, Polyb. II 2, 5—4, 4; de tempore cf. De Sanctis, *Storia dei Romani* III 1, 293[73]; Klaffenbach, *Klio* 24, 1931, 234 *Korrekturnote*. Vide etiam A. Gitti, *La politica dei re Illiri e la Grecia* (1936) 32 ss. 72 ss.

230. Acarnanes una cum Epirotis foedus cum Teuta, regina Illyriorum, inierunt, Polyb. II 6, 9; de tempore cf. De Sanctis, *Storia dei Romani* III 1, 293[73].

Qua ex re elucet hoc anno Acarnanes, sc. eam partem Acarnaniae, quae adhuc Epirotarum fuerat, sui iuris fuisse et rem publicam suam restituisse. Quod anno superiore nondum factum esse potest, quia aliter nova res publica Acarnanum Medioniis auxilium misisset. Apparet igitur ipso anno 230 Acarnanes libertatem recuperasse. Neque dubium esse potest hoc cum turbis in Epiro ortis cohaesisse, quibus Molossorum regnum sublatum est. Unde simul colligitur illas turbas annis 231/230 tribuendas esse (recte igitur Beloch, *Gr. Gesch.*[2] IV 1, 635. IV 2, 152; Swoboda, *Staatsaltert.* 313[2]; de paulo priore tempore cum aliis cogitat Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania* 102, 31). Cf. Oberhummer, *Akarnanien* 152 ss.; Swoboda l. c. 301 s.; Gitti, *La politica dei re Illiri e la Grecia* 33 ss.

De novo statu foederis Acarnanici, cuius caput Leucas facta est, cf. Busolt-Swoboda, *Gr. Staatskunde* II 1468 ss.; Schwahn, *RE* IV A 1197 ss.; de nauarcho vide ad nr. 583. Quod autem ad rem nummariam attinet, '*no municipal coins are issued, except some bronze pieces of Anactorium, Leucas, and Oeniadae (219—211 B. C.)*', M. O. Caspari, *Journ. Hell. St.* 37, 1917, 169.

aestate 229. Corcyraei ab Illyriis obsidione pressi Achaeos Aetolosque in auxilium advocaverunt. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ συμπαραλαβόντες Ἀκαρνάνων ναῦς κατὰ τὴν συμμαχίαν οὔσας ἑπτὰ καταφράκτους ἀνταναχθέντες συνέβαλλον τοῖς τῶν Ἀχαιῶν σκάφεσιν περὶ τοὺς καλουμένους Παξούς. οἱ μὲν οὖν Ἀκαρνᾶνες καὶ τῶν Ἀχαϊκῶν νεῶν αἱ κατὰ τούτους ταχθεῖσαι πάρισον ἐποίουν τὸν ἀγῶνα καὶ διέμενον ἀκέραιοι κατὰ τὰς συμπλοκὰς πλὴν τῶν εἰς αὐτοὺς τοὺς ἄνδρας γινομένων τραυμάτων. Illyrii autem pugnam decreverunt, Polyb. II 10, 1—6. De tempore cf. M. Holleaux, *Rev. ét gr.* 43, 1930, 243 ss. (= *Études* IV 9 ss.); N. Vulić, *Bull. acad. roy. serbe* 1, 1935, 231 ss.

224. Foederi Graecorum, quod Antigonus Doson Aegii icit, Acarnanes quoque ascripti sunt (Polyb. IV 9, 4). Quos iam antea amicitiae necessitudines cum Antigono habuisse verisimile est, cf. Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania* 18/9.

aestate 222. Antigonus Doson cum in Laconiam invaderet, inter socios secum duxit Acarnanum mille pedites et quinquaginta equites (Polyb. II 65, 4), qui pugnae ad Sellasiam factae interfuerunt (ibid. 66, 6 et Plut. Cleom. 28).

autumno 221 aut vere 220. Aetoli ταῖς τῶν Κεφαλλήνων ναυσὶ χρώμενοι -- τὰς Ἠπειρωτῶν ἔτι δ' Ἀκαρνάνων ἐπόρθουν παραλίας, Polyb. V 3, 7. ἐπεβάλοντο δὲ καὶ τῆς Ἀκαρνανίας Θύριον (i. e. oppidum Thyrrheum) καταλαβέσθαι, idem IV 6, 2. 25, 3 (νυκτὸς ἔτι), sed impetus, ut quidem videtur, compressus est; certe oppidum aestate 219 Acarnanum est, cf. Klaffenbach, *SB Ak. Berl.* 1954, 1, 24.

aestate 220. In proelio ad Caphyas commisso Epistratus Acarnan est praefectus equitatus et levis armaturae Achaeorum (Polyb. IV 11, 6), haud dubie mercennarius, cf. M. Launey, *Recherches sur les armées hellénistiques* I 203[3].

autumno 220. Bello Aetolico a sociorum synedris Corinthum congressis decreto legati ad socios missi sunt, ut in singulorum conciliis hoc decretum ratum fieret. οἱ δ' ἐξαποσταλέντες πρέσβεις πρὸς τοὺς συμμάχους ἀφικόμενοι πρῶτον εἰς Ἀκαρνανίαν ἐνετύγχανον τούτοις. οἱ δ' Ἀκαρνᾶνες τό τε δόγμα γνησίως συνεπεκύρωσαν καὶ τὸν ἀπὸ χώρας πόλεμον ἐξήνεγκαν τοῖς Αἰτωλοῖς, Polyb. IV 30, 1—2 (qui eos valde laudat: καὶ γὰρ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ στάσιμον ἔχουσί τι καὶ φιλελεύθερον, ibid. 5). De significatu verborum τὸν ἀπὸ χώρας πόλεμον cf. M. Feyel, *Polybe* etc. 139[2] (*'Il s'agit de porter la guerre hors de son territoire, sur celui de l'ennemi'*).

aestate 219. Rex Philippus ex Epiro περαιώσας κατὰ τὸ προειρημένον στόμα (Actium) τὴν δύναμιν καὶ διελθὼν τὴν Ἀκαρνανίαν ἧκε τῆς Αἰτωλίας πρὸς τὴν καλουμένην πόλιν Φοιτίας, συμπαρειληφὼς Ἀκαρνάνων πεζοὺς δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. περιστρατοπεδεύσας δὲ τὴν προειρημένην πόλιν καὶ προσβολὰς ἐνεργοὺς καὶ καταπληκτικὰς ἐπὶ δύ' ἡμέρας ποιησάμενος παρέλαβε καθ' ὁμολογίαν, ἀφεὶς ὑποσπόνδους τοὺς ἐνόντας τῶν Αἰτωλῶν. Quingentos Aetolos, qui subsidio venerant, rex insidiis paratis concidit. μετὰ δὲ ταῦτα -- προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν εἰς τὴν Στρατικήν. ἀποσχὼν δὲ τῆς πόλεως περὶ δέκα στάδια κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Ἀχελῷον ποταμόν, ὁρμώμενος δ' ἐντεῦθεν ἀδεῶς ἐπόρθει τὴν χώραν οὐδενὸς ἐπεξιέναι τολμῶντος τῶν ὑπεναντίων (Polyb. IV 63, 7—11). Tum Philippus προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Μητροπόλεως καὶ Κωνώπης. οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὴν μὲν ἄκραν τῆς Μητροπόλεως κατεῖχον, τὴν δὲ πόλιν ἐξέλιπον. ὁ δὲ Φίλιππος ἐμπρήσας τὴν Μητρόπολιν προῄει κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ τὴν Κωνώπην (oppidum trans Acheloum in Aetolia ipsa situm). Ab Aetolis Acheloi transitu frustra prohibitus oppidum cepit atque diruit. Unde in meridiem versus profectus Ithoria quoque deleta Paeanium, oppidum e regione Oeniadarum situm, venit. καταστρατοπεδεύσας δὲ πρὸς τὸ Παιάνιον τοῦτο πρῶτον ἐξελεῖν ἔκρινε· ποιησάμενος δὲ προσβολὰς συνεχεῖς εἷλεν αὐτὸ κατὰ κράτος, πόλιν κατὰ μὲν τὸν περίβολον οὐ μεγάλην -- κατὰ δὲ τὴν σύμπασαν κατασκευὴν οἰκιῶν καὶ τειχῶν καὶ πύργων οὐδ' ὁποίας ἧττω. ταύτης δὲ τὸ μὲν τεῖχος κατέσκαψε πᾶν εἰς ἔδαφος, τὰς δ' οἰκήσεις διαλύων τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας καθήρμοζε ⟨καὶ συνεχῶς κατῆγεν αὐτὰς⟩ τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας εἰς τοὺς Οἰνιάδας. οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλοντο διατηρεῖν τὴν ἄκραν τὴν ἐν τοῖς Οἰνιάδαις ἀσφαλισάμενοι τείχεσι καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ· συνεγγίζοντος δὲ τοῦ Φιλίππου (iterum Acheloum transgressi) καταπλαγέντες ἐξεχώρησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν καὶ ταύτην τὴν πόλιν, ἐξ αὐτῆς προελθὼν Calydoniam vastavit. Oeniadas autem reversus συνθεασάμενος τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πρός τε τἆλλα καὶ μάλιστα πρὸς τὰς εἰς Πελοπόννησον διαβάσεις ἐπεβάλετο τειχίζειν τὴν πόλιν. -- τήν τε ἄκραν καθ' αὑτὴν ἠσφαλίσατο καὶ τῷ λιμένι καὶ τοῖς νεωρίοις ὁμοῦ τεῖχος περιβαλὼν ἐνεχείρει συνάψαι πρὸς τὴν ἄκραν, χρώμενος πρὸς τὴν οἰκοδομίαν (corr. Reiske) ταῖς ἐκ τοῦ Παιανίου παρασκευαῖς. Sed propter Dardanos Macedoniam aggressuros ἀναζεύξας μετὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο τὴν ἐπάνοδον, ᾗπερ καὶ τὴν παρουσίαν ἐπεποίητο (ibid. 64, 3—66, 3). Sine dubio Philippus cum Oeniadis etiam Nasum (cf. E. Kirsten, *RE* XVII 2209) cepit, S. I. Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania* 111, 66. De muris Oeniadarum a Philippo exstructis cf. Kirsten l. c. 2223 ss.

Tum igitur Acarnanes totam Acarnaniae partem orientalem excepta Strato recuperaverunt. De Matropoli sane dubitat R. Flacelière, *BCH* 59, 1935, 25[6] et *Aitoliens à Delphes* 297 (sed oppidum a. 198/7 Acarnanum est, vide infra) atque M. Holleaux, *Rome, la Grèce et les monarchies hellénistiques* 160[2] putat Philippum Oeniadas non statim Acarnanibus tradidisse sed *'au bout de quelque temps'*, utique autem anno 217, ibid. 164[6].

hieme 219/8. Philippus Triphylia occupata ἐπιμελητὴν τῆς Τριφυλίας Λάδικον τὸν Ἀκαρνᾶνα constituit, Polyb. IV 80, 15; ceterum cf. M. Launey, *Recherches sur les armées hellénistiques* I 203/4.

aestate 218. Philippus Cephalleniam aggressus est ἔτι πρότερον γεγραφὼς praeter alios socios τοῖς Ἀκαρνᾶσι πληροῦν τὰ παρ' αὐτοῖς πλοῖα καὶ συναντᾶν εἰς Κεφαλληνίαν, itaque ἧκον -- καὶ παρ' Ἀκαρνάνων -- οἱ διαταχθέντες σύμμαχοι, Polyb. V 3, 3. 4, 4.

Cum Philippus Palen Cephalleniae frustra oppugnavisset, ἧκον πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα παρά τ' Ἀκαρνάνων καὶ παρὰ Μεσσηνίων, οἱ μὲν παρὰ τῶν Ἀκαρνάνων παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τῶν Αἰτωλῶν χώραν καὶ τόν τε Δωρίμαχον (Aetolorum praetorem) ἀποστῆσαι τῆς εἰς τὴν Μακεδονίαν ὁρμῆς καὶ τὴν χώραν τῶν Αἰτωλῶν ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι πᾶσαν ἀδεῶς (Polyb. V 5, 2). Rex autem Acarnanum legatis ab Arato

adiutis obsecutus et ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλληνίας παρῆν δευτεραῖος εἰς Λευκάδα μετὰ τοῦ στόλου νυκτός. εὐτρεπισάμενος δὲ τὰ περὶ τὸν Διόρυκτον καὶ ταύτῃ διακομίσας τὰς ναῦς ἐποιεῖτο τὸν ἀπόπλουν κατὰ τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον. – – διανύσας δὲ καὶ καθορμισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας πρὸς τῇ καλουμένῃ Λιμναίᾳ – – τοὺς ὁδηγοὺς ἀθροίσας τά τε περὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις ἐπυνθάνετο καὶ διηρεύνα. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἧκεν ἔχων Ἀριστόφαντος ὁ στρατηγὸς πανδημεὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας· πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ πεπονθότες ἐν τοῖς ἀνώτερον χρόνοις ὑπ' Αἰτωλῶν ἐκθύμως εἶχον πρὸς τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι καὶ βλάψαι τοὺς Αἰτωλούς. διόπερ ἀσμένως ἐπιλαβόμενοι τότε τῆς Μακεδόνων ἐπαρκείας ἧκον ἐν τοῖς ὅπλοις, οὐ μόνον ὅσοις ὁ νόμος ἐπέταττε στρατεύειν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τινές. – – ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπολιπὼν φυλακὴν ἱκανὴν τῆς ἀποσκευῆς, τότε μὲν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Λιμναίας δείλης καὶ προελθὼν ὡς ἑξήκοντα στάδια κατεστρατοπέδευσε. δειπνοποιησάμενος δὲ καὶ βραχὺ διαναπαύσας τὴν δύναμιν αὖθις ὥρμα καὶ συνεχῶς νυκτοπορήσας ἧκε πρὸς τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν ἄρτι τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης μεταξὺ Κωνώπης καὶ Στράτου, σπεύδων ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Θέρμοις τόπον ἐπιβαλεῖν (l. c. 5, 11—6). Flumen transgressus rex famosam illam expeditionem Aetolicam suscepit, qua Thermum diripuit funditusque delevit (l. c. 7, 6—9, 7). Unde cum exercitum deduceret atque Aetoli novissimum agmen adorirentur, Acarnanes et mercennarii, qui agmen claudebant, impetum ab Illyriis adiuti propulsaverunt. Philippus autem eadem via, qua venerat, ad Conopen rediit. τῇ δ' ἐπιούσῃ (ἡμέρᾳ) πάλιν ἀναζεύξας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν Ἀχελῷον ἕως ἐπὶ τὸν Στράτον. διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν ἐπέστησε τὴν δύναμιν ἐκτὸς βέλους ἀποπειρώμενος τῶν ἔνδον. – – οὐδενὸς δ' ἐπεξιέναι τολμῶντος αὖτις ἀρξάμενος ἐκίνει τοὺς πρώτους, ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν Λιμναίαν καὶ τὰς ναῦς. ἅμα δὲ τῷ τὴν οὐραγίαν παραλλάξαι τὴν πόλιν hostes eruperunt, sed proelio commisso reiecti sunt. οἱ δ' ἀπὸ τῆς οὐραγίας ἀσφαλῶς συνῆψαν πρὸς τὸ στρατόπεδον καὶ τὰς ναῦς (l. c. 13—14, 7). Limnaea autem Philippus Leucadem atque inde Corinthum profectus est (l. c. 16, 5. 17, 8).

217. Σκερδιλαΐδας (dux Illyriorum) νομίζων ὑπὸ τοῦ βασιλέως (Philippi) ἀδικεῖσθαι διὰ τό τινα τῶν χρημάτων ἐλλείπειν αὐτῷ τῶν κατὰ τὰς συντάξεις ὁμολογηθέντων, ἃς ἐποιήσατο πρὸς Φίλιππον, ἐξαπέστειλε λέμβους πεντεκαίδεκα, μετὰ δόλου ποιούμενος τὴν ἐπιβολὴν τῆς κομιδῆς τῶν χρημάτων· οἳ καὶ κατέπλευσαν εἰς Λευκάδα πάντων αὐτοὺς ὡς φιλίους προσδεχομένων διὰ τὴν γεγενημένην κοινοπραγίαν. ἄλλο μὲν οὖν οὐκ ἔφθασαν οὐδὲν ἐργάσασθαι κακὸν οὐδ' ἐδυνήθησαν, sed quattuor naves Macedonicas ceperunt et ad Scerdilaidam miserunt. Ipsi autem Leucade profecti Maleam petiverunt (Polyb. V 95, 1—4; cf. 101, 1. 108, 1).

— Ἀγήτας ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς συναγαγὼν πανδημεὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἐλεηλάτησε μὲν τὴν τῶν Ἀκαρνάνων χώραν, ἐπεπορεύθη δὲ πορθῶν πᾶσαν ἀδεῶς τὴν Ἤπειρον. οὗτος μὲν οὖν ταῦτα πράξας ἐπανελθὼν διαφῆκε τοὺς Αἰτωλοὺς ἐπὶ τὰς πόλεις. οἱ δ' Ἀκαρνᾶνες ἀντεμβαλόντες εἰς τὴν Στρατικὴν καὶ πανικῷ περιπεσόντες αἰσχρῶς μέν, ἀβλαβῶς γε μὴν ἐπανῆλθον, οὐ τολμησάντων αὐτοὺς ἐπιδιῶξαι τῶν ἐκ τοῦ Στράτου διὰ τὸ νομίζειν ἐνέδρας ἕνεκα ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν, Polyb. V 96, 1—3.

mensibus Augusto/Septembri 217. Pax Naupacti facta. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὁ βασιλεὺς (Philippus) πάντας ἐξέπεμπε τοὺς ἥκοντας παρὰ τῶν συμμάχων κελεύσας ἐπὶ τούτοις προτείνειν τὴν εἰρήνην τοῖς Αἰτωλοῖς ὥστ' ἔχειν ἀμφοτέρους, ἃ νῦν ἔχουσι. Quam condicionem Aetoli prompto animo acceperunt (Polyb. V 103, 7—8). Agelaus autem Aetolus oratione notissima πάντας παρώρμησε τοὺς συμμάχους πρὸς τὰς διαλύσεις – –. διόπερ ἀνθομολογησάμενοι πρὸς σφᾶς ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος καὶ κυρώσαντες τὰς διαλύσεις ἐχωρίσθησαν, κατάγοντες εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστοι πατρίδας εἰρήνην ἀντὶ πολέμου (l. c. 105, 1—2). Retinuerunt igitur Acarnanes, quae anno 219 recuperaverant, Aetoli autem Stratum; cf. supra p. $XXII_{72\,ss.}$

217—212. Quodam ex his annis (fortasse 216) Aetoli Thyrrheum expugnaverunt, quia anno 212 (ubi vide) oppidum in eorum potestate erat, cf. Klaffenbach, *SB Ak. Berl.* 1954, 1, 25/6.

aestate 216. Φίλιππος ποιησάμενος τὸν πλοῦν δι' Εὐρίπου καὶ περὶ Μαλέαν ἧκε πρὸς τοὺς περὶ Κεφαλληνίαν καὶ Λευκάδα τόπους, ἐν οἷς καθορμισθεὶς ἐκαραδόκει πολυπραγμονῶν τὸν τῶν Ῥωμαίων στόλον, Polyb. V 109, 5.

216 (?). Pactum inter foedus Acarnanicum et Anactorium, quo fanum Apollinis Actii commune omnium Acarnanum factum est, nr. 583.

aestate 215. Foedus, quod Philippus ὑπὲρ αὑτοῦ καὶ Μακεδόνων καὶ τῶν συμμάχων (Polyb. VII 9, 1. 5. 7) cum Hannibale contra Romanos fecit, quin Acarnanes in se receperint, dubitari non potest, cf. S. I. Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania* 30. 113, 105.

autumno 212. Foedere, quod Romani et Aetoli icerunt, illi inter alia stipulati sunt: *darentque operam Romani, ut Acarnaniam Aetoli haberent* (Liv. 26, 24, 11), sc. totam, cf. Klaffenbach, *SB Ak. Berl.* 1954, 1, 5[1]. Quod foedus iunctum est Thyrrhei; nam hic fragmentum stelae, in qua foedus inscriptum est, inventum est (nr. 241). De anno pactionis cf. Klaffenbach l. c. 4[3].

— Praetor M. Valerius Laevinus *Oeniadas Nasumque Acarnanum captas Aetolis contribuit*, Liv. 26, 24, 15, cf. Polyb. IX 39, 2.

ante ver 211 *Scopas* (praetor Aetolorum) *ubi profectum in Thraciam regem* (Philippum) *occupatumque ibi bello audivit, armata omni iuventute Aetolorum bellum inferre Acarnaniae parat. adversus quos Acarnanum gens et viribus impar et iam Oeniadas Nasumque amissas cernens Romanaque insuper arma ingruere ira magis instruit quam consilio bellum. coniugibus liberisque et senioribus super sexaginta annos in propinquam Epirum missis ab quindecim ad sexaginta annos coniurant nisi victores se non redituros: qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe tecto mensa lare reciperet, diram execrationem in popularis, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites composuerunt precatique simul Epirotas sunt, ut qui suorum in acie cecidissent, eos uno tumulo contegerent adicerentque humatis titulum: 'hic siti sunt Acarnanes, qui adversus vim atque iniuriam Aetolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt'. per haec incitatis animis castra in extremis finibus suis obvia hosti posuerunt. nuntiis ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset, omittere Philippum id, quod in manibus erat, coegerunt bellum – –. Aetolorum impetum tardaverat primo coniurationis fama Acarnanicae, deinde auditus Philippi adventus regredi etiam in intimos coegit finis*, Liv. 26, 25, 9–16. Cf. etiam fragmenta Polybii IX 40, 4: οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες πυνθανόμενοι τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔφοδον ἐπὶ σφᾶς, τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι, τὰ δὲ καὶ θυμομαχοῦντες, ἐπί τινα παράστασιν κατήντησαν et ibid. 5—6: εἰ δέ τις λειπόμενος μὴ θάνοι, φύγοι δὲ τὸν κίνδυνον, τοῦτον μήτε πόλει δέχεσθαι μήτε πῦρ ἐναύειν. περὶ τούτων ἀρὰς ἐποιήσαντο πᾶσι μέν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἠπειρώταις, εἰς τὸ μηδένα τῶν φευγόντων δέξασθαι τῇ χώρᾳ. Fortasse Aetolorum impetus iam exeunti autumno anni 212 tribuendus est, cf. M. Holleaux, *Cambr. Anc. Hist.* VIII 126[1].

hieme 211/0 vel vere 210. Et Acarnanes et Aetoli legationem Spartam miserunt, ut Lacedaemonios ad suam quique societatem perducerent; orator legationis Acarnanum Lyciscus in agendo inferior fuit (Polyb. IX 32—39; cf. X 41, 2. XVI 13, 3). De fide orationi Lycisci habenda cf. Holleaux, *Rome, la Grèce et les monarchies hellénistiques* 18. De tempore cf. Niese, *Gesch. d. griech. u. mak. Staaten* II 482; Holleaux l. c. 213[4] et *Cambr. Anc. Hist.* VIII 127.

210. Ex eo, quod duobus Polybii fragmentis (IX 45, 1. 2) docemur hunc scriptorem loco aliquo noni libri Arsinoen oppidum et ποταμόν τινα Κύαθον καλούμενον περὶ Ἀρσινόην πόλιν Αἰτωλίας commemorasse, F. A. Brandstäter, *Die Geschichten des Aetolischen Landes, Volkes und Bundes* 1844, 396, quem sequitur Oberhummer, *Akarnanien* 169/70, haud absurde conclusisse videtur Acarnanes, cum Dorimachus praetor Aetolorum πεζικῇ καὶ ἱππικῇ δυνάμει in Thessaliam profectus esset (Polyb. IX 42, 1—2), in Aetoliam invasisse.

210—207. Acarnanes Thyrrheum recuperaverunt; nam oppidum anno 210 etiamtum Aetolorum sed aestate anni 207 Acarnanum erat, cf. Klaffenbach, *SB Ak. Berl.* 1954, 1, 21. 26. Probabiliter tum Νικόμαχος Ἀκαρνὰν τῶν ἐκ Θουρίου (= Θυρρείου) πεφευγότων, κατοικούντων δ' ἐν Ἀμβρακίᾳ, qui inter legatos ab Aetolis anno 197 Romam missos erat (Polyb. XVIII 10, 10), cum aliis Aetolorum fautoribus patria pulsus est (de posteriore tempore cogitat Oberhummer, *Akarnanien* 173; sed quae ibid. nota 1 conicit, stare non possunt, cf. supra ad ver 272).

vere 208. *Undique ab sociis legationes Demetriadem ad famam regis* (Philippi) *convenerunt. sustulerant enim animos Aetoli cum ab Romana societate tum post Attali adventum finitimosque depopulabantur; nec Acarnanes solum – – in magno metu erant – –. hi omnes – – auxilia regem orabant. – – legationes dimittit pollicitus, prout tempus ac res sineret, omnibus laturum se auxilium*, Liv. 28, 5, 3–9, cf. Polyb. X 41, 1. 3. 8.

aestate 208. *Paucis ante diebus*, quam Philippus Aegium venit, *inde Oxeas* (insulas ad Acheloi ostium sitas, cf. E. Kirsten, *RE* XVIII 1, 2003)

traiecerant Poeni, qui anno 209 cum classe Bomilcare duce auxilio venerant; *inde portus Acarnanum petierant, cum ab Oreo profectum Attalum Romanosque audissent, veriti, ne ad se iretur et intra Rhium -- opprimerentur*, Liv. 28, 7, 18; cf. M. Holleaux, *Rome, la Grèce et les monarchies hellénistiques* 241[1].

aestate 207. Acarnanes Magnetum de Leucophryenis decretum acceperunt, nr. 582.

206. Pax inter Philippum et Aetolos facta (Liv. 29, 12, 1). Aetoli Oeniadas atque probabiliter etiam Nasum retinuerunt, cf. Oost, *Roman policy in Epirus and Acarnania* 36. 115, 146.

aestate 205. Cum in urbe Phoenice Romani et Philippus de pace agerent, *adfuit conloquio Amynander Athamanum rex et magistratus alii Epirotarum et Acarnanum*, Liv. 29, 12, 12. *Cum pax conveniret, ab rege foederi adscripti* praeter alios *Acarnanes*, Liv. l. c. § 14. Proinde autem Acarnanes 'amicos' Romanorum factos esse iniuria, si quid video, contendit Oost, *Roman policy* 37/8.

205—c. 192. Aristomenes Acarnan in aula Ptolemaei V Epiphanis summa dignitate et auctoritate florebat; γενόμενος κύριος τῶν ὅλων πραγμάτων κάλλιστα καὶ σεμνότατα δοκεῖ προστῆναι τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς βασιλείας, Polyb. XV 31, 7. De singulis vide Niese, *RE* II 948 nr. 2.

autumno 201 et vere 200. *Acarnanes duo iuvenes per initiorum dies* (mensis Septembris 201) *non initiati templum Cereris* (Eleusine) *inprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. facile eos sermo prodidit absurde quaedam percunctantis deductique ad antistites templi, cum palam esset per errorem ingressos, tamquam ob infandum scelus interfecti sunt. id tam foede atque hostiliter factum gens Acarnanum ad Philippum detulit* (vere 200) *impetravitque ab eo, ut datis Macedonum auxiliis bellum se inferre Atheniensibus pateretur. hic exercitus primo terram Atticam ferro ignique depopulatus cum omnis generis praeda in Acarnaniam rediit*, Liv. 31, 14, 7—10. De annis cf. Oost, *Roman policy* 118, 17.

autumno 200. Cum Chalcis a C. Claudio Centone expugnaretur, Sopater Acarnan, praefectus praesidii Macedonici, interfectus est, Liv. 31, 23, 8; cf. M. Launey, *Recherches sur les armées hellénistiques* I 204[2].

altera parte saec. III. Λίχας Πύρρου Ἀκαρνάν dux equitum Ptolemaei III Euergetae (246—221) et bis στρατηγὸς ἀποσταλεὶς ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων Ptolemaeo IV Philopatore regnante (221—205), cf. Schoch, *RE* XIII 212 nr. 4; M. Launey, *Recherches sur les armées hellénistiques* I 206.

— Πύλλος et Πλάτυρ, filii Δάζου, Ἀ̣λ̣[ύζε]ι̣οι (?) proxeni Oropiorum, cf. M. Th. Mitsos, Ἐφ. 1952 [1955], 177 ss. nr. 10. 11.

Omnia nomina originis Illyricae, cf. H. Krahe, *Lexikon altillyrischer Personennamen* 40 (Dazos), 94 (Platyr), 97 (Pyllos). Sed de ethnici supplemento dubito, praesertim cum editor adnotet titulum difficillimum esse lectu. Itaque putaverim viros honoratos ex progenie illius Πύλλου καὶ τοῦ υἱοῦ Δάζου esse, qui Issaeis ad coloniam in insula Corcyra Melaena condendam agros aut donaverunt aut vendiderunt (Syll.[3] 141), atque ethnicum quoddam Illyricum exstare. An Δ̣ά̣[λμα]τ̣οι vel Δ̣α̣[λμά]τ̣α̣ι?

saec. III (?). -- λ̣ίας Στομίου [Ἀ]λυζαῖος proxenus Clitoriorum, IG V 2, $368_{18/9}$.

fin. saec. III/in. saec. II. In catalogo Delphico thearodocorum *BCH* 45, 1921, 1 ss. haec Acarnanum oppida et viri recensentur:

col. IV 138 ἐν Θυρ[ρείωι· --].
IV 62 ἐν Οἰνιάδαις· Εὔσα[μος].
IV 63 ἐν Φοιτίαις· Σῶσος (cf. IV 133).
Stratus (IV 48 ἐν Στράτωι· Ἀριστοφ --) tum Aetolorum erat.

Quod ad tempus attinet, certe col. IV recentior est quam col. I—III, quae annis fere 235—221 vindicandae videntur, cf. G. Daux, *Rev. ét. gr.* 62, 1949, 22. 26.

c. 200. Stratiorum (tum Aetolorum) decretum in honorem Milesiorum eorumque arbitrorum factum, nr. 417.

198/7. Νικόμαχος Διοκλέος (Δαμοκλέος?) Ματροπολίτας Ἀκαρνάν proxenus Lamiensium, IG IX 2, 61; de anno cf. Klaffenbach, IG IX 1[2] 1 p. LI[6].

vere 197. *Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quinctius*, qui mense Martio (F. W. Walbank, *Philip V of Macedon* 1940, 323) a fratre *ad temptandam Acarnanum gentem* missus erat (Liv. 32, 40, 7; improbabiliter Niese, *Gesch. d. griech. u. mak. Staaten* II 626. 634 de duplici actione cogitat), *Corcyram excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi motus fecit. duae autem maxime causae eos tenuerant in amicitia regis, una fides insita genti, altera metus odiumque Aetolorum. concilium Leucadem indictum est. eo neque cuncti convenere Acarnanum populi nec iis, qui*

convenerant, idem placuit; sed duo principes et magistratus pervicerunt, ut privatum decretum Romanae societatis fieret. id omnes, qui afuerant, aegre passi; et in hoc fremitu gentis a Philippo missi duo principes Acarnanum, Androcles et Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanae societatis valuerunt, sed etiam ut Archelaus et Bianor, principes gentis ambo, quod auctores eius sententiae fuissent, proditionis in concilio damnarentur, et Zeuxidae praetori, quod de ea re rettulisset, imperium abrogaretur. damnati autem *statuerunt offerre se multitudini et aut eo ipso lenire iras aut pati, quod casus tulisset. cum se frequenti concilio intulissent, – – potestate quoque dicendi facta – – ita adfecerunt animos, ut omnia, quae in eos decreta erant, frequentes tollerent neque eo minus redeundum in societatem Philippi abnuendamque Romanorum amicitiam censerent. Leucade haec sunt decreta. id caput Acarnaniae erat, eoque in concilium omnes populi conveniebant.*

itaque cum haec repentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata esset, extemplo cum classe profectus Leucadem ad Heraeum, quod vocant, naves adplicuit. inde cum omni genere tormentorum machinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros accessit, ad primum terrorem ratus inclinari animos posse. postquam pacati nihil ostendebatur, tum vineas turresque erigere et arietem admovere muris coepit. – – sed quam urbs ipsa opportuna oppugnantibus erat, tam inexpugnabiles hostium animi. die ac nocte intenti reficere quassata muri, obstruere, quae patefacta ruinis erant, proelia inpigre inire et armis magis muros quam se ipsos moenibus tutari; diutiusque spe Romanorum obsidionem eam extraxissent, ni exules quidam Italici generis Leucade habitantes ab arce milites accepissent. eos tamen ex superiore loco magno cum tumultu decurrentes acie in foro instructa iusto proelio aliquamdiu Leucadii sustinuerunt. interim et scalis capta multis locis moenia et per stragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem; iamque ipse legatus magno agmine circumvenerat pugnantes. tum pars in medio caesi, pars armis abiectis dediderunt sese victori. et post dies paucos audito proelio, quo ad Cynoscephalas pugnatum erat (mense Iunio, cf. Walbank l. c. 322/3), *omnes Acarnaniae populi in dicionem legati venerunt*, Liv. 33, 16–17.

aestate 197. *Ad Corinthum Achaei ducem regium Androsthenem iusto proelio fuderunt*, cuius in copiis etiam Acarnanes fuerunt, probabiliter socii (M. Launey, *Recherches sur les armées hellénistiques* I 204), non mercennarii (Oost, *Roman policy* 50), Liv. 33, 14, 1. 5.

vere 196. Romani Acarnanibus et libertatem et Leucadem neglectis Aetolis, qui hanc insulam sibi postulabant, reddiderunt, Dion. Hal. I 51 (cf. Oberhummer, *Akarnanien* 177[1]) et IG IX 1^2 1 p. XXXVI 95 ss. XXXVII 42 ss.; ceterum vide Oost, *Roman policy* 53 ss., qui suo iure dicit (p. 54): '*The omission of Acarnania from the proclamation* [Isthmiis eiusdem anni] *must mean that the status of that country at the time of the Isthmian games was clear beyond dispute; in other words, that some action had been taken to show that Leucas and Acarnania were free*'. Simul Romani cum Acarnanibus societatem coniunxerunt (Liv. 36, 12, 1. 8)[1]).

[1]) Iniuria, si quid video, Oost l. c. 55/6 negat Acarnanes foederatos factos esse, immo recte Walbank, *Philip V* 182 contendit: '*the Acarnanians — — probably became official allies of Rome*'. Neque improbanda videtur esse coniectura, quam M. Holleaux, *Rome, la Grèce et les monarchies hellénistiques* 13[4] protulit, referendum esse ad hunc ipsum annum id, quod Strabo X 462 narrat: οἱ 'Ακαρνᾶνες σοφίσασθαι λέγονται 'Ρωμαίους καὶ τὴν αὐτονομίαν παρ' αὐτῶν ἐξανύσασθαι λέγοντες, ὡς οὐ μετάσχοιεν μόνοι τῆς ἐπὶ τοὺς προγόνους τοὺς ἐκείνων στρατείας (sc. τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας)· οὔτε γὰρ ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ φράζοιντο οὔτε ἰδίᾳ· οὐδὲ γὰρ ὅλως τοὔνομα τοῦτ' ἐμφέροιτο ἐν τοῖς ἔπεσιν (aliter nec tamen probabiliter iudicat Oost l. c. 93 ss.).

vere 195. *Quinctius conventum Corinthum omnium sociarum civitatium legationibus in diem certam edicit* (Liv. 34, 22, 6). *Cum omnes bellum* (Nabidis) *decressent, auxilia ut pro viribus suis quaeque civitates mitterent, est hortatus* (ibid. 24, 7). Dubium esse non potest, quin etiam Acarnanes et illi conventui et bello interfuerint, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 177 cum nota 3; Oost, *Roman policy* 56.

aestate 195. Ad Flamininum, qui ad Caryas castra posuerat et ibi sociorum auxilia exspectavit, etiam L. Quinctius ab Leucade quadraginta navibus venit (Liv. 34, 26, 11). Videtur igitur inde ab anno 197 cum classi ibi mansisse, probabiliter usque ad annum 194, cf. Oberhummer, *Akarnanien* 178[1]; Oost, *Roman policy* 54.

vere 194. Cum veris initio T. Quinctius Flamininus, priusquam Graecia decederet, Corinthum conventum ediceret, omnium civitatium sc. etiam Acarnanum legationes venerunt (Liv. 34, 48, 3).

altera parte anni 194. Ἀλέξανδρος Ἀντιόχου Ἀκαρνάν et filii eius Φίλιππος, Ἀντίγονος Ἀκαρνᾶνες proxeni Delphorum priore semestri ἄ. Πειθαγόρα (cf. G. Daux, *Chron. delph.* 49 L 5), Syll.[3] 585 nr. 13—15. De Alexandro cf. ad annos 193 et 191, de Antigono ad annum 172.

aestate 193. *Alexander Acarnan in consilio erat* (quod rex Antiochus Ephesi dimissis legatis Romanorum de bello Romano habuit); *Philippo quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Antiochi et tamquam peritus Graeciae nec ignarus Romanorum in eum gradum amicitiae regis, ut consiliis quoque arcanis interesset, acceptus erat. is – – victoriam se haud dubiam proponere animo adfirmabat, si in Europam transisset rex et in aliqua Graeciae parte sedem bello cepisset,* Liv. 35, 18, 1–3.

vere 192. Philopoemen Tegeam concilium et Achaeis et sociis indixit, *in quo et Epirotarum et Acarnanum fuere principes,* Liv. 35, 27, 11; de sociis recte iudicat Oost, *Roman policy* 56, qui eos Achaeorum socios intellegit.

192/191 (?). Thyrrhenses et Cassopaei (Epiri) arbitri litis, quam Pagaei cum Aegosthenitis de Panormo portu habebant, cf. scitam interpretationem titulorum IG VII 188 et 189, quam dedit L. Robert, *Rev. phil.* 1939, 97 ss. (SEG XIII 327). De tempore idem docet aut annos 192/191 aut cum A. Aymardio, *Les premiers rapports de Rome et de la confédération achaienne* (1938) 14[7] ultimos annos saec. III in censum venire; in recentiore aetate contra Aymardium perseverat M. Feyel, *Polybe et l'histoire de Béotie au III[e] siècle avant notre ère* (1942) 62[1]. Ceterum cf. etiam Oost, *Roman policy* 125, 119.

vere 191. Rex Antiochus *principio veris, cum per Phocidem Chaeroneam, quo convenire omnem undique exercitum iusserat, venisset, – – Alexandrum inde Acarnana et Menippum Macedonem Stratum Aetoliae copias ducere iussit; ipse Delphis sacrificio Apollini facto Naupactum processit. consilio principum Aetoliae habito via, quae praeter Calydonem et Lysimachiam fert ad Stratum, suis, qui per Maliacum sinum veniebant, occurrit. ibi* (sc. in Acarnania) *Mnasilochus princeps Acarnanum multis emptus donis non ipse solum gentem regi conciliabat, sed Clytum etiam praetorem, penes quem tum summa potestas erat, in suam sententiam adduxerat. is cum Leucadios, quod Acarnaniae caput est, non facile ad defectionem posse cerneret impelli propter metum Romanae classis, quae cum Atilio quaeque circa Cephallaniam erat, arte eos est adgressus. nam cum in concilio dixisset tuenda mediterranea Acarnaniae esse et omnibus, qui arma ferrent, exeundum ad Medionem et Thyrreum, ne ab Antiocho aut Aetolis occuparentur, fuere qui dicerent nihil attinere omnis tumultuose concitari, satis esse quingentorum hominum praesidium. eam iuventutem nactus trecentis Medione, ducentis Thyrrei in praesidio positis id agebat, ut pro obsidibus futuri venirent in potestatem regis. per eosdem dies legati regis Medionem venerunt. quibus auditis cum in contione, quidnam respondendum regi esset, consultaretur et alii manendum in Romana societate, alii non aspernandam amicitiam regis censerent, media visa est Clyti sententia eoque accepta, ut ad regem mitterent legatos peterentque ab eo, ut Medionios super tanta re consultare in concilio Acarnanum pateretur. in eam legationem Mnasilochus et qui eius factionis erant de industria coniecti, clam missis, qui regem admovere copias iuberent, ipsi terebant tempus. itaque vixdum iis egressis legatis Antiochus in finibus et mox ad portas erat et trepidantibus, qui expertes proditionis fuerant, tumultuoseque iuventutem ad arma vocantibus ab Clyto et Mnasilocho in urbem est inductus; et aliis sua voluntate adfluentibus metu coacti etiam, qui dissentiebant, ad regem convenerunt. quos placida oratione territos cum permulsisset, ad spem vulgatae clementiae aliquot populi Acarnaniae defecerunt. Thyrreum a Medione profectus est Mnasilocho eodem et legatis praemissis. ceterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiores Thyrreensis fecit. dato enim haud perplexo responso nullam se novam societatem nisi ex auctoritate imperatorum Romanorum accepturos portisque clausis armatos in muris disposuerunt. et peropportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius missus a Quinctio, cum praesidium et paucas naves ab A. Postumio, qui ab Atilio legato Cephallaniae praepositus fuerat, accepisset, Leucadem venit implevitque spei socios M'. Acilium consulem iam cum legionibus mare traiecisse et in Thessalia castra Romana esse. hunc rumorem quia similem veri tempus anni maturum iam ad navigandum faciebat, rex praesidio Medione imposito et in quibusdam aliis Acarnaniae oppidis Thyrreo abscessit et per Aetoliae ac Phocidis urbis Chalcidem redit,* Liv. 36, 11, 5–12, 11, cf. Appian. Syr. 16 (§ 70). Quando rex haec praesidia ex Acarnania removerit, non constat, certe post pugnam ad Thermopylas commissam

(exeunte mense Aprili), sed probabile est id iam antea factum esse simulque Mnasilochum ad regem fugisse (vide ad annum 188), cf. Oberhummer, *Akarnanien* 179/80; Oost, *Roman policy* 127, 147.

Notabile est vestigia huius Antiochi in Acarnaniam expeditionis quamvis brevis etiam in nummis quibusdam foederis Acarnanici apparere, in quibus Seleucidarum symbola elephantus et ancora exstant, cf. Head[2] 333/4. Qua de re recte iudicare videtur Oost, *Roman policy* 62, qui dicit: '*Probably the appearance of Seleucid symbols on the coinage of Acarnania at this time represents propaganda of the pro-Seleucid magistrates, more than allegiance of Acarnania to the Great King*'.

— *Inter ipsum pugnae* (ad Thermopylas factae) *tempus* (exeunte mense Aprili) *decem naves regiae cum praefecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant. eo gravis vulneribus Alexander Acarnan, nuntius adversae pugnae, cum perfugisset, trepidae inde recenti terrore naves Cenaeum Euboeae petierunt. ibi mortuus sepultusque Alexander*, Liv. 36, 20, 5.

priore parte anni 189. Ἐράτων Ἀμφιτίμου Λευκάδιος proxenus Delphorum altero semestri ἄ. Καλλικράτεος (cf. G. Daux, *Chron. delph.* 50 L 9), Syll.[3] 585 nr. 39.

aestate 189. *Ad famam oppugnationis Ambraciae* (quam M. Fulvius Nobilior instruxerat) *Stratum iam edicto Nicandri praetoris convenerant Aetoli.* Inde *cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus* est, Nicander autem *cum cetera manu* mutato consilio *ad depopulandam Acarnaniam iter convertit.* Sed brevi post *Aetoli a populatione Acarnaniae Stratum redierant*, Liv. 38, 4, 6—10. 5, 6.

— Phaeneas et Damoteles legati Aetolorum iterum ad M. Fulvium missi, *cum redirent Ambraciam, Acarnanum insidiis prope viam positis, cum quibus bellum erat, circumventi Thyrreum custodiendi deducuntur. -- certior factus consul de casu legatorum adduci eos a Thyrreo iussit*, Liv. 38, 9, 2. 5. ἧκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀκαρνάνων -- ἄγοντές τινες τοὺς περὶ Δαμοτέλην· ὁ γὰρ Μάρκος πυθόμενος τὴν περιπέτειαν αὐτῶν ἔγραψε τοῖς Θυρρειεῦσιν ἀνακομίζειν τοὺς ἄνδρας ὡς αὐτόν, Polyb. XXI 29, 4.

flexu autumni 189. Inter condiciones pacis Romanorum cum Aetolis factae haec erat: ἡ δὲ πόλις καὶ ἡ χώρα ἡ τῶν Οἰνιαδῶν Ἀκαρνάνων ἔστω, Polyb. XXI 32, 14, cf. Liv. 38, 11, 9; Dion. Hal. I 51, 2, qui addit: καὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους καρποῦσθαι κοινῇ μετ' Αἰτωλῶν ἔδωκαν (Romani). De Dionysii verbis vide Oberhummer, *Akarnanien* 186[4] et Oost, *Roman policy* 128, 172, qui ea sine idonea causa reicit. Stratus in dicione Aetolorum manebat, cf. Oberhummer l. c. 187[1]; Busolt-Swoboda, *Gr. Staatsk.* II 1467[9].

aestate 188. Mnasilochus Acarnan ex condicionibus pacis cum Antiocho Apameae factae Romanis dedendus erat (Polyb. XXI 43, 11; Liv. 38, 38, 18), sicut hi in colloquio brevi post pugnam ad Magnesiam factam (m. Decembri 190 aut m. Ianuario 189, cf. Walbank, *Philip V* 332) de pacis legibus habito iam postulaverant (Polyb. XXI 17, 7; Liv. 37, 45, 17). Mnasilochus igitur ad regem Antiochum confugerat.

180. περὶ μὲν τῆς καθόδου τῶν φυγάδων (Lacedaemoniorum) οὐ μόνον τοῖς Ἀχαιοῖς ἔγραψε (senatus Romanus) παρακαλοῦσα συνεπισχύειν ἀλλὰ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, σὺν δὲ τούτοις Ἀθηναίοις, Βοιωτοῖς, Ἀκαρνᾶσιν, πάντας ὡσανεὶ προσδιαμαρτυρομένη χάριν τοῦ συντρῖψαι τοὺς Ἀχαιούς, Polyb. XXIV 10, 6; de tempore cf. G. De Sanctis, *Storia dei Romani* IV 1, 248. 406.

178/7. Si recta est coniectura Rehmii (*Inschr. von Didyma* nr. 463), qui in titulo CIG 2855_{33} pro Chishulli lectione ΕΚΑΤΙΩΝ ⟨Στρ⟩ατίων restituit, Stratii (tum Aetoli) hoc anno Apollini Didymaeo φιάλιον ὁλκῆς Ῥοδίων (δραχμῶν) εἴκοσιν dedicaverunt.

autumno 172. Q. Marcius et A. Atilius, legati Romanorum, postquam Epirum et Aetoliam viserunt, *transierunt in Thessaliam. eo legati Acarnanes et Boeotorum exules venerunt. Acarnanes nuntiare iussi, quae Philippi primum, Antiochi deinde bello decepti pollicitationibus regiis adversus populum Romanum commisissent, ea corrigendi occasionem illis oblatam; si male meriti clementiam populi Romani experti essent, bene merendo liberalitatem experirentur*, Liv. 42, 38, 2—4; cf. Appian. Mac. 11, 4 (Oost, *Roman policy* 129, 18); de tempore cf. G. Daux, *Delphes au II[e] et aut I[er] siècle* (1936) 109/10; F. W. Walbank, *Journ. Rom. Stud.* 31, 1941, 84/5.

— Περσεὺς πυνθανόμενος ἔτι τινὰς τῶν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας Ἀντίγονον ἐξαπέστειλε τὸν Ἀλεξάνδρου πρεσβευτήν, Polyb. XXVII 5, 1. 'Sane ethnico non

addito certum non est, hunc Alexandri Acarnanis filium [vide supra p. $XXVII_1$] esse, sed veri non dissimile, quia is paterna habebat et odium Romanorum et familiaritatem cum regia Macedonum familia', Dittenberger, Syll.[3] 585[15].

171. *Auxilia Romanis* (qui ad Tripolim Scaeam Thessaliae castra posuerant) *ex omnibus undique Graeciae populis* (probabiliter etiam Acarnanibus) *convenerunt, quorum pleraque — adeo parva erant — in oblivionem adducta* (Liv. 42, 55, 8). Quae proelio ibi cum Perseo commisso interfuerunt, sed rex *in mediam invectus aciem Graecos primo impetu avertit* (ibid. 59, 4). Ineunte hieme *Graecarum civitatium socios omnes praeter Achaeos dimisit consul* (ibid. 67, 9).

autumno 170. C. Popilius et Cn. Octavius ab A. Hostilio tum in Thessalia hibernante ad Graecas civitates missi denique, postquam Aetolos infecta re adierunt, inde in Acarnaniam profecti sunt. κατὰ δὲ τὴν Ἀκαρνανίαν συναχθείσης τῆς ἐκκλησίας εἰς Θύρρειον Αἰσχρίων μὲν καὶ Γλαῦκος καὶ Χρέμας ὄντες Ῥωμαίων παρεκάλουν τοὺς περὶ τὸν Γάιον ἔμφρουρον ποιῆσαι τὴν Ἀκαρνανίαν· εἶναι γὰρ παρ' αὐτοῖς τοὺς ἀποφέροντας τὰ πράγματα πρὸς Περσέα καὶ Μακεδόνας. Διογένης δὲ τὴν ἐναντίαν ἐποιήσατο τούτοις συμβουλίαν. οὐ γὰρ ἔφη δεῖν φρουρὰν εἰσάγειν εἰς οὐδεμίαν πόλιν· ταῦτα γὰρ ὑπάρχειν τοῖς πολεμίοις γενομένοις καὶ καταπολεμηθεῖσιν ὑπὸ Ῥωμαίων· οὐδὲν δὲ πεποιηκότας Ἀκαρνᾶνας οὐκ ἀξίους εἶναι φρουρὰν εἰσδέχεσθαι κατ' οὐδένα τρόπον. τοὺς δὲ περὶ Χρέμαν καὶ Γλαῦκον ἰδίαν ἐθέλοντας κατασκευάζεσθαι δυναστείαν διαβάλλειν τοὺς ἀντιπολιτευομένους καὶ θέλειν ἐπισπᾶσθαι φρουρὰν τὴν συνεπισχύουσαν ταῖς αὐτῶν πλεονεξίαις. ῥηθέντων δὲ τούτων οἱ περὶ τὸν Γάιον θεωροῦντες τοὺς ὄχλους δυσαρεστουμένους ταῖς φρουραῖς καὶ βουλόμενοι στοιχεῖν τῇ τῆς συγκλήτου προθέσει (qui Graecorum animos conciliare volebat, cf. senatusconsultum, quod Popilius et Octavius secum ferebant, Liv. 43, 17, 2), συγκαταθέμενοι τῇ τοῦ Διογένους γνώμῃ καὶ συνεπαινέσαντες ἀπῆραν ἐπὶ Λαρίσης πρὸς τὸν ἀνθύπατον, Polyb. XXVIII 5, cf. Liv. 43, 17, 6—9. De tempore cf. B. Niese, *Gesch. d. griech. u. maked. Staaten* III 138[5]; Busolt-Swoboda, *Gr. Staatsk.* II 1565[2].

hieme 170/169. Perseus ex Illyria reversus Stratum, quod oppidum Aetolorum factio Macedonica regi tradere volebat, profectus est, sed hoc inceptum ad irritum redactum est, quia factio Romana Popilium cum mille peditibus ab Ambracia, ubi hibernabat, arcessiverat, Liv. 43, 21, 5—22, 10.

vere 169. *Q. Marcius Philippus consul – – et C. Marcius Figulus praetor, cui classis provincia evenerat, – – simul ex Italia profecti – – Actium, Acarnaniae portum, tenuerunt. inde consul ad Ambraciam egressus itinere terrestri petit Thessaliam; praetor superato Leucata Corinthium sinum invectus* est, Liv. 44, 1, 1–4.

vere 167. Cum decem legati a senatu missi advenissent, Aemilius Paulus Amphipoli, *quae senatui, quae sibi ex consilii sententia visa essent, pronuntiavit*, Liv. 45, 29, 3 (de tempore cf. De Sanctis, *Storia dei Romani* IV 1, 338). Graecorum οἱ δοκοῦντες εἶναι φίλοι Ῥωμαίων ἐν πᾶσι τοῖς πολιτεύμασιν εἴς τε τὰς πρεσβείας οὗτοι καθίσταντο καὶ τὰς ἄλλας χρείας. διὸ συνέδραμον εἰς τὴν Μακεδονίαν – – ἐκ δὲ τῆς Ἀκαρνανίας οἱ περὶ Χρέμαν, Polyb. XXX 13, 2—4. Post Macedones et Aetolos ab Aemilio Paulo *Acarnanum citata gens. in his nihil novatum, nisi quod Leucas exempta est Acarnanum concilio*, Liv. 45, 31, 12. Praeterea a Chrema eiusque sectatoribus *editis nominibus evocati litteris imperatoris ex – – Acarnania – –, qui Romam ad causam dicendam sequerentur*, Liv. l. c. 31, 9, cf. Polyb. XXX 13, 6—7.

Quae ratio, si qua est, inter titulos *A* et *B* intercedat, non liquet. Sed probabilius habeo intercedere nullam, certe a diversis manibus exarati sunt.

CATALOGI SACRIFICORUM.

247 Stela lapidis calcarii a. c. 0,46, aëtomate ornata, immissa muro domus privatae in vico *Hagios Vasilios*. Litterae ΑΘΠΣ (Leake). Ed. W. M. Leake, *Travels in Northern Greece* IV (1835) 21 cum nota 1 et tab. XXXIV nr. 164 (CIG II Add. p. 982

nr. 1793 *b*; Le Bas-Foucart II 1047; *Bezzenb. Beitr.* VII 245; *GDI* 1389; E. Oberhummer, *Akarnanien* 270 nr. 8; IG IX 1, 486; Michel 865; Schwyzer 399). Cf. E. Ziebarth, *Das griech. Vereinswesen* 1896, 63 nr. 11; E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 335. Frustra quaesivi.

s. II a.

πρύτανις·
Πολύευκτος Θεοδότου
ἑστία·
Λυσίας Μενοιτίου
ὑποπρυτάνιες·
Ἐπικράτης Δωριμάχου
Λεωνίδας Λεωνίδα
Ἁγησίστρατος Μνασιστράτου
Μένανδρος Μενάνδρου
Σωτέλης Ἐπιτέλεος
Λαμίσκος Λέοντος
μάντις·
Εὔξενος Δα⟨ζ⟩ίμου
αὐλητάς·
Λέων Λεοντίσκου
ἱεροφόρος· Φίλιππος Πολυεύκτου
μάγειρος· Νίκανδρος Σωκράτεος
διάκονος· Πρῶτος Δημητρίου
ἀρχοινόχους· Κάλλιππος Πολυεύκτου
ἱεροθύτας·
Καλλικράτης Τιμοκράτεος.

3 ἑστία[ρχος]? Böckh, sed Leake nullum lacunae indicium habet || 4 Λυσιάς Fick, quem praeter Oberhummerum reliqui editores secuti sunt; at vide infra || 13 Ξ cum transcriptione Δαξίμου Leake (Böckh, Oberhummer), corr. Fick || 21 Καλλικράτης Καλλικράτεος *GDI* per errorem.

'Apparet recenseri hic omnes, quorum partes aliquae erant in sacris quibusdam peragendis', Dttb., qui recte comparat catalogos eos, quibus sacrorum Olympicorum antistites et ministri perscripti sunt. Nam in hoc quoque titulo non de privato quodam collegio (Ziebarth, Preuner, sane haud sine ulla dubitatione) agitur sed de publicis magistratibus, qui una sacrificium dapemque obtulerunt (cf. ad nr. 451), siquidem πρύτανις et ὑποπρυτάνιες non ita profani quidam magistratus intellegendi sunt, ut nonnulli viri docti putaverunt (cf. apud Preunerum l. c.), neque *'Funktionäre eines Vereins'* (cf. H. Swoboda, *Staatsaltert.* 308[13]), sed ii magistratus, qui faciunt τὰς κοινὰς πάσας (θυσίας), ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν· καλοῦσι δ' οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις (Arist. Pol. 1322 *b* 26 ss.). Neque aliter est interpretandus ὁ πρυτανεύσας *GDI* 4263 (Phoenix Cariae) et πρύτανις IG XII 3, 1 (Syme), quorum uterque principem sacerdotum catalogi locum obtinet, cf. P. M. Fraser-G. E. Bean, *The Rhodian Peraea and Islands* 1954, 124 cum nota 4. Fortasse autem ex illo Aristotelis loco etiam nomen mirum ἑστία explanandum est, quod habet Λυσίας Μενοιτίου (v. 4), quem et ipsum eiusmodi magistratum esse ex eo apparet, quod inter prytanem et hypoprytanes enumeratur. Scite Fick de appellatione honorifica ἑστία admonuit, quae sane seriore aetate invenitur et nonnisi mulieri data est (cf. A. Wilhelm, *Beitr.* 216 nr. 204; K. Hanell, *Megarische Studien* 1934, 153), ideoque et in hoc titulo muliebre nomen, sc. Λυσιάς, exstare putavit, sed nunc e nr. 251_4, ubi Λυσίας, Ἀλκαῖος οἱ Μενοιτίου recensentur, constat eundem virum etiam hic agnoscendum esse. Revera enim eiusdem fere temporis utrumque titulum esse et eo probatur, quod etiam μάντις Εὔξενος Δαζίμου (v. 13) et μάγειρος Νίκανδρος Σωκράτεος (v. 17) in nr. 251 vs. 2 et 13 recurrunt. Quia autem illic Λυσίας Μενοιτίου nondum ἑστία fuisse videtur, probabiliter, nisi forte annuus hic magistratus erat, titulus nr. 251 paulo prior est. Suppar aetate his titulis etiam nr. 248 est, ubi item v. 12 Εὔξενος Δαζίμου haruspicis munere fungitur, vetustior autem nr. 250 (cf. ad titulum). Ceterum omnes saec. II a. Chr. tribuendos esse litterarum formae tit. nr. 248. 249. 250. 251 docent.

Ad sacrorum administros cf. F. Poland, *Gesch. d. griech. Vereinswesens* 1909, 390 ss., ad ἱεροφόρον etiam J. et L. Robert, *Rev. ét. gr.* 1950, 171, ad μάγειρον Latte, *RE* XIV 395_{35}, ad ἱεροθύταν Stengel, *RE* VIII 1590 et *Griech. Kultusaltert.*[3] 50.

---

248 Stela lapidis calcarii, quae tum, cum G. Cousin et P. Sursos eam viderunt, nonnisi supra mutila erat, a. max. 0,355, l. 0,33—0,37, cr. 0,08; nunc etiam a dextra et in duas partes fracta est; asservatur in vico *Hagios Vasilios* in domo, quam possidet Λάμπρος Τσανάκας. Litt. alt. 0,01—0,015, interv. vers. 0,002—0,003; Α Θ Μ Π Σ. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 175 nr. 2 (E. Oberhummer, *Akarnanien* 271 nr. 9; IG IX 1, 487). Cf. E. Preuner (qui habebat apographum Sursi), *Ath. Mitt.* 27, 1902, 335. 347 s.; F. Poland, *RE* IV A $1076_{17\,ss.}$ Lapidem contuli.

s. II a.

– – – – – – – – – –
Φι[λ]ότ[ιμος – – – – – –]
Δαμασίσ̣[τρατος – – – –]

Σώτων *v* Τε – – – – – –
Δαμίων Νικαι – – – – –
Νικόμαχος Λε – – – – –
συμβιωτα[ί]·
Πολύδωρος Εὐπολ[έμου]
Ἀλκιφῶν Κλεομένε[ο]ς
Εὔαλκος Κλεομένεος
Ἀλκαίνετος Ἀλεξάνδρου
Φαινέλας (?) Σωτίωνος
μάντις· Εὔξενος Δαζίμου
αὐλητάς· Δάζιμος Δαζίμου
μάγειρος· Σωτήριχος
διάκονος· Λύκος
παῖδες·
Λυσίξενος Λέοντος
Κλεομένης, Ἀθανάδας οἱ Εὐάλκου
Κλεομένης Ἀλκιφῶνος
Ἀλέξων *v* Λέοντος.
vac.

Litterae linea subscripta insignitae hodie perierunt. — 1 legit et supplevit Kla., ΦΙ . ΟΙ cum transcriptione Φι[λ]ο[π . . . Cousin || 2 ΔΑΜΑΣΙι cum transcriptione Δαμάσι[ππος Cous., ΔΑΜΑΣΙ∠ Surs., suppl. Kla. || 4 Νικαι[νέτου] Dittenberger, fortasse potius Νικάν[δρου] Kla. || 5 Λέ[οντος?] Kla. || 7 Oberhummer || 11 Φαινέας Cous., Φαινέλας Surs.

'De argumento lubricum est iudicare, quia initium eorum, quorum maximae partes erant, nomina continens intercidit. Id sane manifestum est, haec quoque ad sacra quaedam spectare, sed vix ad eadem ac nr. 247, siquidem illic neque συμβιωταί neque παῖδες sunt, hic praeter prytanes et hypoprytanes, quorum nomina cum superiore tabulae parte periisse suspiceris, etiam ἱεροφόρος, ἀρχοινόχους, ἱεροθύτας desiderantur, eo certe loco, quem in altera tabula obtinent' Dttb. Ceterum de genere huius tituli, qui non catalogum collegii cuiusdam continet (Cousin, Preuner, alii), vide quae ad nr. 451 adnotavimus. Etiam hic ut in titulo nr. 247 de publicis quibusdam sacris agi συμβιωταί vs. 6 ss. commemorati docere videntur, cf. commentarium nr. 434; iam Poland l. c. recte inde, quod ante hos συμβιωτάς alii viri recensentur, conclusit eos non sodales collegii nomine συμβιώσεως esse atque dicit: *'Diese σ. erscheinen fast wie eine Art Kommission'* (vide etiam eiusdem *Gesch. d. griech. Vereinswesens* 72*). De administris sacrorum et aetate tituli cf. ad nr. 247. 8/9 Fratres Ἀλκιφῶν et Εὔαλκος etiam nomina cognata habent, Bechtel, *H. P.* 37; ad Εὔαλκος cf. Εὐάλκης ibid. 36. 11 Φαινέλας· cf. Φαινέλαος, Φαινίλας Bechtel, *H. P.* 437. 12 μάντις Εὔξενος Δαζίμου· idem nr. 247_{13} et 251_{2}; puer est nr. 250_{17}. 13 αὐλητάς Δάζιμος Δαζίμου· idem nr. 250_{9}.

249 Fragmentum crassae stelae opisthographae *(A. B)* lapidis calcarii infra et a dextra mutilum a. 0,25, l. 0,27, cr. 0,195; deest etiam angulus sinister superior. Exstat in vico *Hagios Vasilios* in domo, quam possidet Λάμπρος Τσανάκας. Litt. alt. *A* 0,011—0,022, *B* 0,017—0,02, interv. vers. *A* 0,005—0,01 *B* 0,01—0,03; ΑΞΜ et ΜΣ, extremae hastae crassatae, litterae partis *B* valde evanidae. Exscripsi et commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 719.

A

s. II a. . . . των *v* Σωτίων[ος]
[Ἄ]ντοχος Νικια
Δάμαρχος *v* Σωτ – –
Σωτίων *v* Δωριμ[άχου]
Σωτίων Ἀνδ[ρ – – – –]
σ υ μ β ι [ω τ α ί]·
Σώσανδ[ρος – – – – – –]
Ἁγήμω[ν – – – – – – –]
[Λ]υκοῦ[ργος – – – – –]
. . ι – – – – – -

B

– – – – – – – – – – Λ – –
– – – – – – – Ἡρακλείδα
– – – – – – – – – – νος
[– – – – – – – – – μ]ενίδα
– – – – – – – – – – – – Τ – –

Suppl. Kla. || 2 Νικία aut Νικιάδα.

Utrum stela unum tantum titulum continuerit an partes *A* et *B* ad duos diversos titulos eiusdem generis ideoque in eadem stela inscriptos referendae sint, dubitaveris. Quod genus videlicet idem est atque nr. 248, ubi vide quae adnotavimus. 9 Videtur notandum esse nomen Λυκοῦργος in Acarnania infrequens in nummo quodam Acarnanum inveniri, qui annis fere 250—167 vindicatur, cf. Münsterberg 43.

250 Stela lapidis calcarii supra et infra mutila a. 0,35, l. 0,40, cr. 0,07; asservatur in vico *Hagios Vasilios* in casa quadam, quam possidet Λάμπρος Τσανάκας. Litt. alt. 0,011—0,02, interv. vers. c. 0,005; ΑΔ et ΔΖΜΠΣ. Exscripsi ex *ectypo*, quod misit P. Fraser.

s. II a. ‒ ‒ ‒ ‒ ‒ ‒ ‒ ‒ μ̣άχου
[συμβ]ι̣ωταί·
[Νικόμαχ]ος Πίμφωνος
. . c. 6 . . Μενοιτίου
[Σωτί]ω̣ν Διοφάντου
[μ] ά ν τ ι ς·
[Ἀρι]στόφιλος Ἀρισταίνου
α ὐ λ η τ ά ς·
Δάζιμος Δαζίμου
μάγειρος· Νίκανδρος
διάκονος· Εὔνους
ἱεροθύτας· Ἀγάθων
ἱ ε ρ ο φ ό ρ ο ς·
Ἀπολλώνιος Ἐχετέρμονος
παῖδες· Πίμφων Νικομάχου,
Διόφαντος Σωτίωνος,
Εὔξενος, Ξενόφαντος
οἱ Δαζίμου.

vac.

Suppl. Kla. || 3 cf. v. 15 || 4 e Menoetii filiis (nr. $251_{4.12}$) Λυσίας lacunae accommodatissimus videtur esse, nisi de ignoto quodam agitur || 5 cf. v. 16.

Titulus nimirum eiusdem generis est atque nr. 248 et 249; ceterum vide commentarium nr. 248. Aetatem tituli non multum distare a nr. 247. 248. 251 docent αὐλητὰς Δάζιμος Δαζίμου (v. 9, cf. nr. 248_{13}) et μάγειρος Νίκανδρος (v. 10 sc. Σωκράτεος, cf. nr. 247_{17} et 251_{13}), fortasse etiam [Λυσίας] Μενοιτίου (v. 4, cf. nr. 251_{4}). Sed quod Εὔξενος Δαζίμου, qui nr. 247_{13}. 248_{12}. 251_{2} haruspex, et Ξενόφαντος Δαζίμου, qui nr. 251_{3} tibicen recensetur, hic etiamtum pueri sunt (v. 17/8), apparet illos titulos paulo recentiores esse. 3 Ad nomen Πίμφων cf. *Gnomon* 1953, 460. 14 Nomen Ἐχετέρμων novum videtur.

---

251 Stela lapidis calcarii supra et a sinistra fracta a. 0,45, l. 0,325, inventa in θέσει Σωρῷ intra antiquum oppidum Thyrrheum, nunc inserta scalis ante portam domus Ἐπαμεινώνδα Σπηλιᾶ in vico *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,007—0,012, interv. vers. 0,005—0,02 (non solum versus sed etiam litterae sub finem tituli magis magisque coartatae sunt); **Α Ζ Μ Π Σ** et Σ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 48. Lapidem contuli. *Ect.*

vac.

s. II a. . . c. 5 . . χ̣ος Διογ̣[νή]του.
[μάντις]· Εὔξενος Δαζίμου.
[αὐλητ]άς· Ξενόφαντος Δαζίμου.
. . c. 6 . . · Λυσίας, Ἀλκαῖος οἱ Μενοιτίο[υ],
[. . c. 6 . . Φ]ιλοκλέος, Αὐτόλυκος Καλ-
[λικρά]τεος, Ξενομένης Ξενομ[έ]-
[νεο]ς, Εὐαλκίδας Εὐαλκίδα,
. . καίνετος Ἀνδροτέλεος, Μέναν-
[δρ]ος Λυκίσκου, Ἀδάμαστος Φιλίππου,
[Ξ]ενόφαντος Ξενοφάντου, Νίκανδρο[ς]
Νικάνδρου. ἱεροθύτας· Λύκος Ἀριστέ-
α. ἱεροφόρος· Σώστρατος Μενοιτίου.
μάγειρος· Νίκαν *v v* δρος Σωκράτεος.
διάκονος· Σωσίκιος *v* Διοφ *v* άντου.

vac.

Litterae linea subscripta insignitae hodie interierunt, sed in ectypo Rhomaei adhuc leguntur. — Dispositionem nominum et lacunas earumque ambitum non satis accurate indicavit Rhom., corr. Kla.; singula adnotata non sunt || 1 legit et supplevit Kla., ‒ ‒ ος Διο[δό]του Rhom., quod nec cum vestigiis nec spatio convenit || 2—4 lacunae, quae in initio horum versuum sunt, ad supplenda nomina cum patronymicis non suppetunt, fratres autem, quos nuda nomina suppleta indicarent, vs. 2 et 3 minime apti essent; nam quattuor filii Dazimi miro modo enumerati essent et, quod gravissimum est, in utroque versu articulus οἱ ante Δαζίμου desideraretur (cf. v. 4). Apparet igitur v. 2 propter Euxeni nomen μάντις et v. 3 haud dubie [αὐλητ]άς exstitisse, tum autem v. 4 in. non tertium filium Menoetii sed aliam quandam appellationem supplendam esse, qua viri, qui usque ad v. 10 sequuntur, comprehendantur. Kla. || 5 in. ‒ ‒ ‒ ιλοκλέος Rhom., suppl. Kla. || 5/6 Αὐτόλυκος . . . . . αν| . . . . εος Rhom., legit et suppl. Kla. || 8 in. [Ἀλ]καίνετος Rhom., sed etiam Νικαίνετος vel Δικαίνετος in censum veniunt. Kla. || 11/12 Ἀριστεί|[δου] idem, lectionem corr. Kla. || 13 Σωκράτιος Rhom. (nimirum error typothetae). Propter laesuras lapidis hic et in v. 14 spatia vacua relicta sunt.

Non est 'κατάλογος θρησκευτικοῦ θιάσου' (Rhom.) sed ut tituli praecedentes catalogus sacrificorum quorundam (cf. ad nr. 451). Quia autem appellatio, quae v. 4 ineunte exarata erat, fractura interiit, certe diiudicari nequit, utrum titulus ad sacra publica referendus sit an ad privata. Fortasse vero inde, quod v. 1, qui, ni fallor, etiam primus versus tituli est, nomini nulla appellatio addita fuisse potest, concludendum est de privatis sacris agi. De administris sacrorum et de aetate cf. ad nr. 247. 2 μάντις Εὔξενος Δαζίμου· idem nr. 247_{13} et 248_{12}; puer est nr. 250_{17}. 3 αὐλητὰς Ξενόφαντος Δαζίμου· puer est nr. 250_{17}. 4 Λυσίας Μενοιτίου· idem nr. 247_{4}, ubi ἑστία recensetur. 8 Ἀνδροτέλης· cf. nr. 282. 9 Ἀδάμαστος· nomen aliunde ignotum, ut videtur. 12 ἱεροφόρος Σώ-

στρατος Μενοιτίου· cf. ad nr. 252_{10}. 13 μάγειρος Νίκανδρος Σωκράτεος· idem nr. 247_{17} et 250_{10}. 14 Ad nomen Σωσίκιος cf. Σώσικος IG IX 1, 115_9 (Elateae) et *GDI* 1860_3 (Delphis). An Σωσί⟨β⟩ιος?

252 Stela lapidis calcarii infra fracta, cuius supra desunt anguli dexter et sinister, a. 0,46, l. 0,25, cr. 0,16; asservatur in vico *Hagios Vasilios* in casa quadam, quam possidet Λάμπρος Τσανάκας. Litt. alt. 0,013—0,022 (o minus), interv. vers. 0,008—0,015; A et AMΠΣ et Σ. Exscripsi ex *ectypo*, quod misit P. Fraser. *Phot.* (tab. IV).

s. II a. . . 4 . . PAN . . 4 . .
3—4 πων Δικ . 4—5 .
[κα]ὶ οἱ συνεόν[τες]
Ἀ φ ρ ο δ ί [τ α ι]
καὶ τᾶι πόλει·
Ξένων Σαμιάδα,
Ἐπιχάρης Ἀριστο-
φῶνος Ƨ Δείνων
Δεινία Ƨ Λυσι-
κλῆς Σωστράτου,
Φίλλυρος Πειράου,
Φατνιάδας Πειράου
διάκονος·
Σωτίων Σωσία
μάγειρος· ⟨Σ⟩ίλλων
Γ— — — — —

Suppl. Kla. || 1 an [ἀρχε]ραν[ιστάς]? || 2—6 in rasura; hic illic vestigia priorum litterarum conspiciuntur, velut 4 in. πόλει et 5 in. συνε[ό]ντ[ε]ς || 15 med. ΡΟΣΙΛ || 16 fortasse hic π[αῖδες] secuti sunt.

Hic quoque nonnisi eos recenseri, qui communiter sacrificium, dapem, dedicationem obtulerunt (cf. ad nr. 451), non minus probabile est quam eos privato consilio egisse. De administris sacrorum cf. ad nr. 247. 4 Venus habet cognomen Στραταγίς in titulo nr. 256. 10 Σώστρατος fortasse idem, qui ἱεροφόρου munere fungitur nr. 251_{12}. 11 Φίλλυρος· cf. Bechtel, *H. P.* 453. — Πείραος· cf. Πείραιον, socium Telemachi, (ο 539. ρ 55) et Πέρραιον Pharsali (Bechtel, *H. P.* 367). 12 Φατνιάδας· cf. nomen Φάτνος, Preisigke, *Namenbuch* 457. 15 Σίλλων· cf. Bechtel, *H. P.* 505.

DEDICATIONES.

Cf. etiam nr. 252 et 596 (add.).


253 Basis lapidis calcarii a tergo tracta et a sinistro latere, ubi tamen pars marginis servata est, a. 0,15, l. 0,475, cr. max. 0,15; in parte superiore excavatio rectiangula exstat; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,01—0,015, interv. vers. 0,008 (inter vs. 4 et 5: 0,005); AMΓΣΩ. Ed. K. A. Rhomaeos, Ἐφ. 1912, 267 et Δελτ. II 1916 παρ. 47 cum imag. phot. ectypi. Lapidem contuli. *Ect.*

s. III[1] a. . . . c. 9 . . . Σ ἐγὼ τόδε πρὸς Κύπριν οὐ κακόσιτος
[ἀλλ' ὑπὲρ ἡ]λικίαν βωλοκοπεῖν δυνατός.
vacat intervallum unius versus
[ἔρρ]ωσο, ὦ δαῖμον· τίς δ' ἂν καὶ θύματα ἄγων σοι
[πρ]οσπελάσαι θαρρῶν; πάμπαν ἀγρεῖος ἔφυς.
. . c. 5 . . καντάδας Κρὴς Πανὶ καὶ Πριάπωι.

Suppl. Rhom. adiuvantibus Hillero et Wilamowitzio || 1 [σοὶ χάριν ὤπα]σ' idem. An praeferendum [σοὶ Πρίαπ' ὤπα]σ'? Kla. Sed utrumque supplementum longum videtur esse.

Suo iure Rhom. prius epigramma ad Priapum refert, βωλοκοπεῖν metaphorice dictum ratus, alterum ad Panem, cuius nomen poeta per agnominationem vocabulo πάμπαν indicat ('ἐν τῷ πάμπαν σκοπεῖται λογοπαίγνιον, διότι ἡ ἐπίκλησις ὦ Πάν, Πάν ἦτο συνήθης καὶ γνωστή'), Δελτ. l. c. Revera in verbo βωλοκοπεῖν eadem translatio subesse videtur atque in verbo ἀροῦν; cf. etiam aratri imaginem infra titulum amatorium IG XII 5, 97 (P. Kretschmer, *Öst. Jahresh.* IV 1901, 144).

254 Quinque fragmenta lapidis calcarii leucophaei, quorum unum (*a*) supra et a sinistra, duo (*d. e*) a sinistra tantum, duo (*b. c*) nullum marginem habent; inserta sunt diversis locis fronti domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Δημοσθένης Ι. Κομποτιάτης. Superficies lapidis non laevigata sed angusta fascia polita circumdata erat. Litt. alt. 0,06—0,083; extremae hastae crassatae, formae pulcherrimae. Exscripsi et commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 719.



Ex habitu apparatuque lapidis nec non litterarum magnitudine apparere videtur haec fragmenta de basi quadam statuaria superesse. Atque si coniecturas adhibere licet, fortasse frg. *a* ἔθ[νος Ἀκαρνάνων] supplendum, frg. *d* et *b* coniungendum et nomen a syllaba Χαιρ incipiens agnoscendum est, frg. *c* ad nomen Ζώπυρος vel nomen quoddam in -ωπος cadens pertinet.

---

255 Stela lapidis calcarii supra cymatio ornata, infra et a dextro angulo superiore fracta, a. max. 0,43, l. 0,265, cr. 0,16; in parte superiore excavatio rectiangula exstat. Inventa est loco Βρεντζέλια dimidium fere horae septentriones et orientem versus ab antiquo oppido Thyrrheo. Litt. alt. 0,02; ΑΣ. Habui solum apographum, quod satis diligenter confecit Λάμπρος Τσανάκας atque misit P. Fraser.

s. III a. ut videtur

Α ΙΙΙ – – –
– – – – – –
Μέναχμος
εὐχὰν
Ἡρακλεῖ.

V. 3 Μένα⟨ι⟩χμος corrigendum esse putaverim. — De Herculis cultu apud Acarnanes cf. J. de Keitz, De Aetolorum et Acarnanum sacris, diss. Hal. 1911, 82.

---

256 Fragmentum crassae stelae lapidis calcarii, a dextra margo, supra reliquiae cymatii exstant, a. 0,30, l. 0,18, cr. c. 0,13. Asservatur in vico *Hagios Vasilios* in domo, quam possidet Λάμπρος Τσανάκας. Litt. alt. vs. 1—3: 0,015—0,025, vs. 4 sqq.: 0,012—0,02, interv. vers. 0,005—0,01; ΑΣΩ, formae neglegenter exaratae. Exscripsi et commemoravi *SBAk. Berl.* 1935, 719. *Ect. Phot.* (tab. IV).

s. II/I a.

[στ]ραταγοὶ
[Ἀφρ]οδίται
[Στρ]αταγίδι·
. . . ν Διοφάντου
. . . . ων Σωτίωνος
. . . . ν Κλεοστράτο[υ]
. . . . κος Ἀλκίνου
. . . . ας Φρυνίωνος
– – – – – – – – –

Suppl. Kla. || 4 [Λέω]ν? || 5 [. . . τ]ων?, cf. nr. 249_1.

Cognomen Στραταγίς Veneri hic primum inditur; cf. de Venere militari Gruppe, *Gr. Myth.* II 1352[4]; Wilamowitz, *Glaube d. Hell.* II 151/2. — Etiam Cassopaeorum (Epiri) praetores Veneri (Πρακτ. Ἀρχ. Ἑτ. 1952 [1955], 356) et in insula Paro praetores Veneri primo loco (sequuntur tres alii dei) dedicationem offerunt (IG XII 5, 220).

TITULI SEPULCRALES.

257 Pars superior stelae lapidis calcarii albi in multas particulas fracta, a. max. c. 0,40, l. c. 0,44, cr. 0,09; immissa est supra in scalas ante portam domus in vico *Hagios Vasilios*, quam possidet Γεώργιος Ν. Κομποτιάτης. Titulus in rotundata tabula leviter excavata litteris elatis exsculptus. Litt. alt. 0,025—0,036; ΑΣ, extremae hastae leviter crassatae. Exscripsit et misit *ectypum* K. A. Rhomaeos; lapidem contuli.

s. III a. Ἄβρωνος.

---

258 Stela lapidis calcarii rubentis a. 0,435, l. 0,315—0,34, inversa positura inserta fronti domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Σταμ. Καλατζής, a sinistra portae. Nomen in rectiangula tabula marginata et excavata litteris incisis scriptum. Litt. alt. vs. 1 0,025, vs. 2 0,022—0,03; ΑΜ, extremae hastae crassatae;

formae bonae, litterae vs. 2 tenuiores. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 13, qui misit etiam apographum. Contuli lapidem.

s. III a. Ἀλκιμένεια
χαῖρε.

Ἀλειμένεια (Δελτ. l. c.) error typothetae.

259 Stela, quam vidit quondam K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, ubi ipse frustra quaesivi. Litt. alt. 0,015—0,021; Α Ϝ, extremae hastae crassatae. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos.

s. III a. Γλαύκα χαῖρε.

260 Stela lapidis calcarii nigricantis; exstat in vico *Hagios Vasilios* in ecclesia Hag. Taxiarchis. Titulus in fascia (tabula?) leviter excavata litteris incisis exaratus. Litt. alt. 0,032—0,036; Α Σ, extremae hastae crassatae, formae crassae sed bonae. Exscripsi ex *ectypo*, quod misit E. Kirsten.

s. III a. Εἰρήνας.

261 Stela lapidis calcarii supra cymatio infra basi prominenti ornata a. 0,615, l. 0,355—0,39, cr. 0,20, inventa ad septentriones versus a vico *Hagios Vasilios* (loco "Αγ. Ἀθανάσιος), ubi nunc ante καφενεῖον asservatur. Infra cymatium regula margaritarum, sub qua rectiangula tabula marginata et excavata cum nomine litteris incisis exarato. Litt. alt. 0,023—0,026 ; Α Ω, formae bonae. Exscripserunt et miserunt *phot.* et *ect.* P. M. Fraser, T. Rönne, N. S. Zaphiropulos.

s. III a. Θέδωρε
χαῖρε.

262 Stela cum cymatio infra et a dextra fracta a. 0,46, l. 0,25, cr. 0,14, quam vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Ι. Μπατζαβίνου, ubi ipse frustra quaesivi. Titulus in fascia leviter excavata litteris incisis scriptus. Litt. alt. 0,011—0,018; Α Π Ω, extremae hastae leviter crassatae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 5, qui misit etiam apographum et *ectypum*.

s. III a. Θώπα χαῖρε.

Ad nomen aliunde ignotum cf. Bechtel, *H. P.* 505.

263 Fragmentum stelae lapidis calcarii rubentis undique, ut videtur, mutilum a. 0,14, l. 0,33, insertum fronti domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Ἐπαμεινώνδας Σπηλιάς, supra inter ambas portas. Litt. alt. 0,015—0,02; Α Ξ, formae bonae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 12, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

s. III a. Κλέων
Δεξιδάμου.

264 Pars dextra stelae, quam vidit F. Noack anno 1901 in vico *Hagios Vasilios*, ipse frustra quaesivi. Litt. alt. 0,012—0,02; Μ Σ, extremae hastae crassatae. Ed. E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 346 nr. 23 ex *ectypo*, quod commodavit Noack.

s. III a. [– – – Κ]όσμου (?).

Suppl. Preuner monens etiam de nomine quodam composito cogitari posse, cf. Bechtel, *H. P.* 254.

265 Superior pars stelae lapidis calcarii in formam aediculae redactae a. 0,40, l. 0,435, cr. 0,125; supra cymatium cum quattuor acroteriis, tum regula cum denticulo, sub quo in epistylio titulus exaratus est. Inventa est ad septentriones versus a vico *Hagios Vasilios* (loco "Αγ. Ἀθανάσιος), ubi nunc ante καφενεῖον asservatur. Litt. alt. 0,018—0,023; Α Σ, formae pulchrae. Exscripserunt et miserunt *phot.* et *ect.* P. M. Fraser, T. Rönne, N. S. Zaphiropulos.

s. III a. Λέαινα Λέωνος.

Cf. nr. 266.

266 Superior angulus dexter stelae lapidis calcarii, quae plane eundem apparatum praebet atque stela nr. 265, quacum una inventa est et ante καφενεῖον asservatur, a. 0,37, l. 0,215, cr. 0,10. Litt. alt. c. 0,01; formae eaedem atque nr. 265. Exscripserunt et miserunt *phot.* P. M. Fraser et T. Rönne. [Cf. add. p. 77]

s. III a. – – ος Λέωνος.

Λέων nimirum idem qui nr. 265.

267 Stela, quam vidit K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, ubi ipse frustra quaesivi. Litt. alt. 0,02—0,025; Ϝ Σ, extremae hastae crassatae. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos.

s. III a. Λυκίσκε
χαῖρε.

268 Fragmentum stelae lapidis calcarii a sinistra integrum a. c. 0,55, l. 0,53, cr. c. 0,19, quod vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου, equidem in ῥεύματι Τούρκας. Litt. alt. 0,03; Κ Σ, extremae hastae crassatae, formae pulchrae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 nr. 1 (SEG I 224). Lapidem contuli.

s. III a. Λυσικλῆς Ξ – –.

Ξ[ένωνος] Rhom.

---

269 Stela lapidis calcarii albi supra et infra cymatio ornata a. 0,54, l. 0,26 – 0,29 (cymatium inferius 0,335, superius laesum), cr. 0,11 – 0,12. Vidit K. A. Rhomaeos in domo quadam privata vici *Hagios Vasilios*, unde postea in scholam transportata est. Litt. alt. 0,019 – 0,025; Α Μ, extremae hastae crassatae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 4. Lapidem contuli. *Ect.* Rhomaei.

s. III a. Μενεκράτεια
χαῖρε.

---

270 Stela lapidis calcarii albi in duas partes fracta, a sinistra et infra mutila, a. c. 0,59, l. 0,55, cr. 0,12; inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi in schola asservatur. Supra cymatium cum regula ovaria exstat, sequitur rectiangula tabula leviter excavata et marginata, in qua nomen litteris elatis scriptum est. A dextra tabulae alata figura humana exsculpta est, quae eam tenere videtur; haud dubie altera et gemina figura a sinistra fuerat. Sub tabula patronymicum litteris incisis exaratum, tum complures regulae cum denticulo; infra aedicula exstat. Litt. alt. 0,023 – 0,03; Μ Ξ Π et Π Σ, extremae hastae crassatae, formae pulchrae. Exscripsi.

s. III a. Μενέπολις
Πολυξένου.

Nomen Μενέπολις recurrit IG IX 2, 267 (Cierium), ubi muliebre est, sed potest nimirum etiam viro inditum esse, cf. Bechtel, *H. P.* 375/6.

---

271 Stela cum aëtomate a. 0,64, l. 0,31, cr. 0,11, quam viderunt A. N. Skias et K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Κωνστ. Λιαροστάθη, nunc Εὐσταθίου Κ. Λιαροστάθη, ubi ipse frustra quaesivi. Litt. alt. 0,015 (o minus); Α Κ Σ, extremae hastae crassatae. Ed. A. N. Skias, Ἐφ. ἀρχ. 1893, 34 nr. 2 (IG IX 1, 493). Habui etiam apographum et *ectypum* Rhomaei.

s. III a. Νικάσιος
Κασάνδρου.

V. 1 littera ο ex ε correcta, scilicet lapicidam primo Νικάσιε scripsisse, tum in Νικάσιος mutasse. Νικασίς Skias (Dittenberger) et Rhom., hic quidem adnotans: 'τὸ προτελευταῖον χάραγμα ἔγινε βέβαια κατὰ λάθος'. Ad nomen Νικάσιος cf. Bechtel, *H. P.* 330.

---

272 Pars superior stelae lapidis calcarii albi cum aëtomate acroteriis ornato, supra fracto, a. c. 0,325, l. 0,35, cr. 0,11; inserta scalis ante portam domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Κωνσταντῖνος Ζαφειρούλης. Infra aëtoma frons murtea cum nodo, sub qua in rectiangula tabula leviter excavata nomen litteris elatis exsculptum est. Litt. alt. 0,023 – 0,04; Κ Ν Π, extremae hastae leviter crassatae. Exscripsit et misit apographum K. A. Rhomaeos. Lapidem contuli.

s. III a. Νικόπολι
[χαῖρε].

Suppl. Kla. Stela sub ipsa tabula fracta est.

---

273 Stela lapidis calcarii cum cymatio a. 0,44, l. 0,31 – 0,33, cr. 0,115 – 0,125, quam equidem integram anno 1934 inversa positura inaedificatam sub stela nr. 242 repperi, quae nunc autem '*forms the immediately corresponding corner-stone to the Roman alliance*' (P. Fraser a. 1953) et a superiore angulo dextro fracta est. Titulus in rectiangula tabula excavata et marginata litteris incisis scriptus, supra et infra quam linea incisa est. Litt. alt. 0,022; Κ Ω, extremae hastae crassatae. Ed. A. N. Skias, Ἐφ. ἀρχ. 1893, 34 nr. 4 (IG IX 1, 495). Lapidem contuli. *Phot.* Fraseri.

s. III a. Νικώ.

Littera ultima nunc fractura periit. Skias legit ΝΙΚ.Σ., quod Dittenberger supplevit Νικ[α]σ[ώ]. Sed errorem subesse apparet; nam quin de uno eodemque titulo agatur, e Skiasii verbis dubitari nequit: 'Μικρὸς λίθος ἐντετοιχισμένος ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Γεωργίου [nunc Πάνου] Κυριάκου, ἔνθα καὶ ἡ ὑπὸ Cousin ἐκδοθεῖσα συμμαχία ποτὶ Ῥωμαίους'.

---

274 Sinister angulus superior stelae lapidis calcarii albi cymatio laeso ornatae a. 0,24, l. 0,25, cr. c. 0,11; insertus scalis domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Γεώργιος Σῶζος. Nomen in recti-

angula tabula marginata et leviter excavata litteris incisis exaratum. Litt. alt. vs. 1: 0,02—0,025, vs. 2: 0,02; ΑΓΩ, formae pulchrae, vs. 2 tenuiores. Exscripsi.

s. III a. Πολυδω[ρ --]
χαῖρε.

---

275 Duo fragmenta (*a. b*) inter se contigua stelae lapidis calcarii cineracei supra et infra desecta, a. *a* 0,39 *b* 0,43, l. (coniuncta) 0,73, cr. 0,175, alterum alteri angulo domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Γεώργιος Σῶζος, insertum. Titulus in rectiangula tabula leviter excavata litteris elatis exsculptus. Litt. alt. 0,038—0,048; Π, formae pulcherrimae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 15, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

a *b*
s. III a. Πύρ | ρου.

---

276 Stela a. 0,37, l. 0,25, cr. 0,11. Vidit K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, ubi ipse frustra quaesivi. Supra quondam aëtoma fuisse videtur, nam superior pars ectypi praebet denticulum cum regula margaritarum; nomen defunctae in rectiangula tabula marginata et leviter excavata litteris incisis exaratum est. Litt. alt. vs. 1: 0,012—0,018, vs. 2: c. 0,015; ΑΣΩ, extremae hastae crassatae, formae bonae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 2, qui misit apographum et *ectypum*.

s. III a. Σωστράτα
χαῖρε.

---

277 Stela lapidis calcarii cum aëtomate dolato a. c. 0,92, l. c. 0,50, cr. 0,085; in media stela magnum foramen, nam usurpata erat, ut sedes esset in latrina scholae vici *Hagios Vasilios*, ubi repperi; nunc eam inde se removisse et in scholam ipsam transportasse nuntiavit custos Λάμπρος Τσανάκας. Titulus in rectiangula tabula marginata et excavata litteris incisis exaratus. Litt. alt. 0,025—0,028; ΑΣΩ, formae bonae. Ed. Le Bas-Foucart II 1052 Anactorio tribuens, cf. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 175 (IG IX 1, 530). Lapidem contuli.

s. III a. Σωτίων χαῖρε.

---

278 Stela lapidis calcarii cum aëtomate et acroteriis a dextra et infra fracta, a. 0,36, l. 0,24, cr. 0,13; exstat in vico *Hagios Vasilios* in ῥεύματι Τούρκας. Brevi intervallo infra aëtoma est regula cum denticulo, sub quo titulus. Litt. alt. 0,02—0,023; Σ, Ω. Exscripsi.

s. III a. Σωτίω[ν --].
vac.

---

279 Stela lapidis calcarii cum cymatio infra et a superiore angulo dextro mutila, nunc in septem partes fracta, a. 0,225, l. 0,205, cr. 0,07; exstat in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου. Supra titulum linea est incisa. Litt. alt. 0,02; ΑΣ, extremae hastae crassatae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 nr. 3 (SEG I 226). Lapidem contuli.

s. III a. Φιλίσκε
χαῖρε.

---

280 Stela lapidis calcarii albi a. 0,54, l. c. 0,39, cr. 0,115—0,13; inserta scalis domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης. Litt. alt. 0,018—0,024; ΑΝ, extremae hastae crassatae, formae neglegenter incisae. Exscripsi.

s. III a. [Φι]λ[ο]ναύτα χαῖρε.

Suppl. Kla. Ultima littera linea subscripta insignita occultata est.

---

281 Stela cum cymatio infra fracta, a. 0,49, l. 0,25, quam vidit K. A. Rhomaeos in domo quadam vici *Hagios Vasilios*, ipse frustra quaesivi. Titulus in rectiangula tabula marginata litteris incisis exaratus est. Litt. alt. 0,014—0,02; ΑΣ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 8, qui misit etiam apographum et *ectypum*.

s. III a. [Χ]υτρὶς χαῖρε.

Suppl. Rhom., cf. nr. 555.

---

282 Stela lapidis calcarii albi undique mutila praeter sinistrum latus a. 0,365, l. 0,28, cr. 0,175. Inserta est angulo receptaculi domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Παντελῆς Ζαφειρούλης. Nomen in rectiangula tabula excavata et marginata litteris incisis exaratum. Litt. alt. 0,015—0,025; ΑΣ, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. III² a. Ἀνδροτέλης
χαῖρε.

Fortasse idem atque pater . . καινέτου nr. 251_8.

283 Stela lapidis calcarii albi infra fracta, supra, ut videtur, desecta; inserta angulo supremo domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Κωνσταντῖνος Μπροῦμος, ita ut dimetiri non potui (a. c. 0,22, l. c. 0,25). Titulus in rotundata tabula excavata litteris incisis scriptus; infra titulum superior pars magnae excavationis rectiangulae. Litt. alt. c. 0,02; ΑΘ, extremae hastae crassatae. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 10 (IG IX 1, 501). Lapidem contuli.

s. III² a. Γνάθαινα χαῖρε.

284 Fragmentum stelae lapidis calcarii, quod a sinistra fortasse marginem praebet, insertum fronti domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Θωμᾶς Στράτος, a dextra portae; quoad dimetiri potui, a. 0,16, l. 0,18. Litt. alt. 0,028—0,03; Α, formae tenues. Exscripsi.

s. III² a. Ἡρακλ – –

Cf. ad nr. 352.

285 Stela lapidis calcarii rubentis a dextra (et sinistra?) desecta, cuius pars inferior inserta est fronti domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Εὐστάθιος Χ. Τσόλης, a dextra portae, a. x + 0,27, l. 0,175, cr. 0,103. Supra titulum linea est incisa. Litt. alt. 0,02; ΑΓ. Ed. ex G. Doubleti apographo *BCH* 17, 1893, 632 nr. 3 (IG IX 1, 491). Lapidem contuli.

s. III² a. Κλεὼ
Διοφάντ̲[ου].
vac.

Littera linea subscripta insignita, quam Doubleti apographum habet, hodie non iam exstat.

286 Stela lapidis calcarii cum aëtomate tribus acroteriis ornato infra fracta a. 0,515, l. 0,51—0,53 (aëtoma 0,56); inaedificata in fronte domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης, a dextra portae. Infra aëtoma regula ovaria et denticulus, deinde fascia fronde murtea intermixtis bacis et duplici nodo ornata, tum rectiangula tabula marginata et excavata, in qua titulus litteris elatis exsculptus est. Litt. alt. 0,015—0,03; ΑΣ, extremae hastae crassatae. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 8 (IG IX 1, 509). Cf. P. Jacobsthal, Χάριτες *F. Leo dargebracht* 1911, 461. Lapidem contuli. *Ect. Phot.* (tab. V).

s. III² a. Νικόστρατε χαῖρε.

287 Pars superior stelae lapidis calcarii albi cum aëtomate et acroteriis, supra a dextra laesa, a. 0,33, l. 0,225—0,245, cr. 0,105—0,115. Vidit K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, unde in scholam transportata est. Supra titulum linea est incisa. Litt. alt. 0,02; ΑΣ, extremae hastae crassatae, litterae vs. 2 diductiores. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos. Lapidem contuli.

s. III² a. Σωκράτεια̲
χ α ῖ ρ ε.

Ultima littera vs. 1, linea subscripta insignita, hodie non iam legitur.

288 Stela lapidis calcarii supra fracta a. 0,635, l. 0,33—0,40, cr. c. 0,12; baseos columnae ligneae vice fungitur in interiore parte domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Λάμπρος Κομποτιάτης. Supra titulum linea incisa est. Litt. alt. 0,02—0,025; ΑΣ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 1, qui misit etiam apographum et *ectypum*. Lapidem contuli.

s. III² a. Τελέσαρχε
χαῖρε.

289 Fragmentum stelae lapidis calcarii rubentis undique mutilum praeter superiorem partem, ubi cymatium nunc dolatum exstat; insertum scalis domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης; quoad dimetiri potui, a. 0,30, l. 0,375, cr. 0,11. Sub cymatio frons quernea cum glandibus et nodo exsculpta, infra quam titulus incisus est. Litt. alt. 0,03—0,033; Α, extremae hastae crassatae, formae bonae. Exscripsi.

fin. s. III a. Εὔδοτε χα[ῖρε].

Ad nomen cf. Bechtel, *H. P.* 141.

290 Stela lapidis calcarii supra et infra desecta a. 0,325, l. 0,435, cr. 0,16, inaedificata in muro exteriore casae furnariae domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης, infra a sinistra portae. Titulus in rotundata tabula excavata litteris incisis exaratus; supra tabulam linea exstat. Litt. alt. 0,018—0,02; ΑΚ, extremae hastae crassatae. Edd. G. Cousin, *BCH*, 10, 1886, 180 nr. 6 (IG IX 1, 503) et K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 24. Lapidem contuli.

fin. s. III a. Ἡράκλεια χαῖρε.

291 Pars superior stelae lapidis calcarii albi cum aëtomate acroteriis nunc mutilis ornato a. 0,51, l. 0,395 (aëtoma 0,43), cr. 0,095; sub aëtomate regula exstat. Vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Θεμ. Στράτου, unde postea in scholam transportata est. Litt. alt. 0,017—0,02; Α, extremae hastae crassatae et leviter curvatae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 11, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

fin. s. III a. Λαμιάδα *v* χαῖρε.

292 Pars superior stelae lapidis calcarii albi aëtomate et tribus acroteriis ornatae, a. 0,38, l. 0,315—0,32 (aëtoma 0,33), cr. 0,10. Vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Θεμ. Στράτου, unde in scholam transportata est. Litt. alt. 0,015—0,019; Α et ΑΚΝΣ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 10. Lapidem contuli.

fin. s. III a. Νικοστράτα
χαῖρε.

293 Stela lapidis calcarii albi supra et infra cymatio laeso ornata a. 0,50, l. 0,225, cr. 0,12. Vidit K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, unde in scholam transportata est. Litt. alt. vs. 1: 0,017—0,022, vs. 2: 0,016—0,02; ΑΣ et Σ. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos. Lapidem contuli.

fin. s. III a. [Σ]ωσίχα
Ὑβρίσ̣τας.

Suppl. Rhom. Ὑβρίστας probabiliter genetivus i. e. pater intellegendus est, cf. Ἀρίστας nr. 245_{15}.

294 Stela lapidis calcarii albi cum aëtomate laeso a. 0,50, l. 0,29—0,32, cr. 0,09—0,10. Vidit K. A. Rhomaeos in domo quadam vici *Hagios Vasilios*, unde postea stela in scholam transportata est. Litt. alt. 0,011—0,015; ΑΜ. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos; lapidem contuli.

± 200 a. Ἀμύντα χαῖρε.

295 Stela lapidis calcarii albi cum aëtomate acroteriis nunc mutilis ornato in aediculae formam redacta, infra fracta, a. 0,44, l. infra aëtoma 0,503 (aëtoma 0,545), cr. 0,11. Vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Εὐστ. Χ. Τσόλη, unde postea in scholam transportata est. Titulus in epistylio exaratus. Litt. alt. 0,023—0,029; ΑΠ, formae bonae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 21, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

± 200 a. Ἐπικράτη χαῖρε.

296 Stela lapidis calcarii supra et infra resecta a. 0,145, l. 0,39, cr. 0,14, inserta limini casae furnariae domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης. Litt. alt. 0,015—0,02; ΑΠΣ, extremae hastae crassatae. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 7 (IG IX 1, 511). Lapidem contuli.

± 200 a. Σώσιππε χαῖρε.

Litterae linea subscripta insignitae hodie occultatae sunt.

297 Stela lapidis calcarii in tres partes inter se contiguas fracta supra cymatio ornata, infra mutila, a. 0,23, l. 0,38 (cymatium 0,39), cr. 0,04; inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi in domo custodis Λάμπρου Τσανάκα asservatur. Litt. alt. 0,013—0,018; ΑΞ et ΕΣ. Exscripsi.

c. 200 a. Σώστρατε *v* Κλεώ *v* Μέλισσα
χαίρε[τ]ε.

298 'Κυβικὸς ὀγκόλιθος εἰς τὸ ῥεῦμα Τούρκας ἀνατολικῶς τῆς ἐκκλησίας (Κοίμησις Θεοτόκου)' in vico *Hagios Vasilios*. Lapidem, quem a. 1934 frustra quaesivi, etiam a. 1953 nondum repertum fuisse auctor est P. Fraser. Habeo apographum, quod magna ut patet cum cura minusculis litteris confecit ὁ δημοδιδάσκαλος Δημήτριος Π. Καραγιάννης et quod edidi *SB Ak. Berl.* 1935, 719 (P. Friedländer, *Am. Journ. Phil.* 63, 1942, 78; W. Peek, *Griech. Vers-Inschr.* I 749).

s. III a. (?) Τὸμ Μούσαις, ὦ ξεῖνε, τετιμένον ἐνθάδε κρύπτει
Τιμόκριτον κόλπωι κυδιάνειρα κόνις·
Αἰτωλῶν γὰρ παισὶ πάτρας ὕπερ εἰς ἔριν ἐλθὼν
ὡγαθὸς ἢ νικᾶν ἤθελε ἢ τεθνάναι.
πίπτει δ' ἐμ προμάχοισι λιπὼμ πατρὶ μυρίον ἄλγος,
ἀλλὰ τὰ παιδείας οὐκ ἀπέκρυπτε καλά·
Τυρταίου δὲ Λάκαιναν ἐνὶ στέρνοισι φυλάσσων
ῥῆσιν τὰν ἀρετὰν εἵλετο πρόσθε βίου.

V. 4 ἤθελε⟨ν⟩ Peek.

De aetate tituli non prius certo iudicari potest, quam lapide reperto litterarum formae innotuerint. Videtur autem mihi quidem potissimum saec. III a. Chr. in censum venire. Cui opinioni accessit Friedländer, qui Damagetum carminis auctorem fuisse probare studet. Contra de Posidippo cogitat W. Peek, *RE* XXII 438, id quod minus probabile putaverim. — Carminis dictionem diligenter perscrutatus est Friedländer l. c., cf. etiam W. Jaegerum, Anth. lyr. Gr.³ 1 p. 11. 18 ad Tyrt. 6, 1 et Tyrt. 11 et quae ipse l. c. not. 2 adnotavi.

---

299 Lapis magnus ruber inaedificatus in pariete domus privatae in vico *Hagios Vasilios*, ubi frustra quaesivi. Litterae ΑΣ (Cousin). Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 5 (IG IX 1, 494).

s. III a. (?) ΑΡΙΣΤΗ

Ἀρίστη [χαῖρε] Cousin, Ἀρίστη Dittenberger, uterque vix recte. Fortasse restituendum est nomen velut Ἀριστέας, Ἀριστείδας sim. aut Ἀρίστρατος.

---

300 Sinister angulus superior stelae lapidis calcarii rubentis aëtomate ornatae a. 0,31, l. 0,25, cr. 0,165; asservatur in aula domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης. Sub aëtomate regula exstat, infra quam titulus *a* inscriptus est; postea inter aëtoma et regulam titulus *b* additus est. Litt. alt. *a* 0,027, *b* 0,035—0,04; *a* Ξ Ο, *b* Α Ε C, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

a
s. III a. (?) [Κ]λεοξ[εν – – –].

b
aet. imp. Καλιστ–– χαῖρε.

---

301 Stela lapidis calcarii rubentis cum cymatio a superiore angulo sinistro mutila, a. 0,37, l. 0,205—0,24, cr. 0,095—0,105; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,015; Α Σ, formae tenues et neglegenter incisae. Exscripsi.

s. III a. (?) Φιλίστα χαῖρε.

Utrum vocativus nominis virilis Φιλίστας an nomen muliebre Φιλίστα sit, non liquet.

---

302 Superior angulus dexter stelae lapidis calcarii cum cymatio a. 0,24, l. 0,505, insertus fronti domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Ἐπαμεινώνδας Σπηλιάς, inter ambas portas. Infra cymatium fascia excavata et non laevigata, in qua titulus litteris elatis et subter frons murtea cum bacis et nodo exsculpta est. Litt. alt. 0,025; Α, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. III a. (?) [. . ἄν]δρα χαῖρε.

---

303 Superior pars stelae lapidis calcarii albi inaedificata ante domum vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Παντελῆς Γερούλης, a dextra scalarum, ita ut dimidia fere latitudo stelae occultata sit, a. 0,54, cr. 0,16. Supra cernuntur vestigia cymatii cum regula ovaria, deinde sequitur pura regula cum denticulo, tum rectiangula tabula marginata et leviter excavata, in qua titulus litteris elatis exsculptus est. Litt. alt. 0,035; Α, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. III a. (?) – – ε ƨ χαῖρε.

---

304 Stela lapidis calcarii albi cum aëtomate a sinistra et infra mutila, a. 0,57, l. 0,44, cr. 0,115—0,125; exstat in vico *Hagios Vasilios* in ῥεύματι Τούρκας. Brevi intervallo infra aëtoma est regula cum denticulo, tum rectiangula tabula marginata et excavata, in qua titulus litteris incisis exaratus est. Litt. alt. 0,02; Α. Exscripsi.

s. III a. (?) – – ει̣[. . . χ]αῖρε.

---

305 Stela lapidis calcarii infra fracta, supra, ubi vestigia cymatii exstant, et a sinistra laesa, a. 0,35, l. 0,40, cr. c. 0,10; inserta infra fronti domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Βασίλειος Μπροῦμος. Nomina mortuorum recentiore ut videtur

tempore consulto deleta sunt. Litt. alt. 0,018; A, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. III a. (?) | . Λ̣ – – – – *vac. c. 0,10* χαίρετ̣-
ε. |

Stela quondam pictura ornata erat, cui titulus accommodatus est, cf. nr. 334 et 335.

---

306 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου, ubi frustra quaesivi. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 nr. 2 (SEG I 225).

s. III/II a. Ἀριστόνικ[ε χαῖρε].

Suppl. Rhom. adnotans titulum saeculi III vel. II a. Chr. esse. An fuit Ἀριστονίκα?

---

307 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Στάθη Λάκκος, ubi frustra quaesivi. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 (SEG I 223).

s. III/II a. Μνασικράτη χαῖρε.

---

308 Columella lapidis calcarii, in qua corona murtea exsculpta est et in cuius planitie inferiore rectiangulum foramen exstat, a. 0,84, dm. 0,27; iacet prope ecclesiam τῆς Κοιμήσεως vici *Hagios Vasilios*. Infra coronam incisus erat titulus, qui hodie non iam legi potest, quia pueri eum deleverunt volventes atque revolventes columnam, ut narravit mihi custos Λάμπρος Τσανάκας. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 (SEG I 222).

s. III/II a. Σωσθέν[ης] Σωστρά[του].

Suppl. Rhom. adnotans titulum saeculi III vel II a. Chr. esse.

---

309 Stela infra fracta a. 0,55, l. 0,31, quam vidit K. A. Rhomaeos in domo quadam vici *Hagios Vasilios*, ipse frustra quaesivi. Litt. alt. c. 0,03. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 9, qui misit etiam apographum et *ectypum* (malum).

s. III/II a. Φιλία
χαῖρε.

---

310 Pars superior stelae lapidis calcarii cum cymatio a. 0,34, l. 0,45, cr. 0,165; inaedificata infra a dextra in porta, quae est in aula domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Ἰωάννης Λ. Κομποτιάτης. Tota superficies recentiore tempore lima polita est, ut nonnisi in fine tituli vestigia litterarum appareant. Exscripsi.

s. III/II a. – – – χαῖρ[ε].

---

311 Stela mutilata cum aëtomate, infra quod ramus myrti anaglypho expressus et sub eo cymatium, a. max. 0,35, l. 0,45. Vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Π. Ζαφειρούλη et misit apographum, ipse frustra quaesivi. 'Τὰ γράμματα προέχουσιν ἀναγεγλυμμένα ἐντὸς κοίλης ταινίας' (Skias). Ed. A. N. Skias, Ἐφ. ἀρχ. 1893, 35 nr. 6 (IG IX 1, 496).

s. III/II a. (?) Ἀλκέτα
χαῖρε.

Cum Skias titulum uno versu exaratum exhibeat, in Rhomaei apographo verbum χαῖρε infra nomen positum est, probabiliter litteris incisis, cf. nr. 326.

---

312 Lapis calcarius a. 0,61, l. 0,905, cr. 0,54; in parte superiore a dextra et sinistra foramen unco destinatum. Exstat in vico *Hagios Vasilios* in horto, quem possidet Γεώργιος Κομποτιάτης. Uterque titulus (*a*. *b*) ad dextram partem lateris adversi non laevigati praeter locum tituli *a* exaratus et titulus *b* linea tabulam ansatam efficiente circumdatus est. Litt. alt. *a* 0,01–0,015 *b* 0,045–0,07, interv. vers. *a* 0,005 *b* 0,01–0,02; *a* Α Μ Ξ Π et Π Σ *b* Α Ε Ш C Ꞷ. Edd. post priores editiones, quas diligentissime enumeravit E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 348[1], titulum *a* G. Kaibel, *Rh. Mus.* 34, 1879, 187 nr. 481 *b* usus apographo Phinticlis; titulos *a* et *b* G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 178 nr. 3 (E. Oberhummer, *Akarnanien* 272 nr. 11; IG IX 1, 489. 490). Cf. S. N. Dragumis, Ἐφ. 1890, 158; E. Preuner, l. c. 348. Lapidem contuli. *Ect.*

aet. imp. ***b*** Δ α μ ο κ ρ ά τ η ς
Δ ι ο ν υ σ ί ο υ
ἐ τ ῶ ν ι α'
χ α ῖ ρ ε.

intervallum 0,02

s. II a. *a*

πατρὶς μὲν Κασσώπα, πατὴρ δέ μοι ἦν Μενέδαμος,
μάτηρ δὲ ἐξετέκνωσεν Ἀριστοκράτει’ Ἐχενίκαν.
δισσὰ δὲ τέκνα λιποῦσαν ὁ παντοβαρὴς λάβε μ’ Ἅιδης
ἄκριτον ἀστόργου θηρὸς ἔχων κραδίην.
[ἄν]δρὶ δὲ τέκνα ἔλιπον Λυσιξένῳ ἠδὲ γονεῦσιν
ὀρφανὰ ταῦτα τρέφειν ματρὸς ἔρημα νέας.
ἁμετέραν δὲ ἀρετὰν οὐ φθένξομαι· ἁ γὰρ ἀτέρμων
πᾶσά τοι Ἠπείρου γαῖα φέροπλος ἐρεῖ.

a 1 Μενέδημος Cous., corr. Preuner ex ectypo || 5 in. ///ΑΡΙΔΕ Cous. (ἄρ’ ἴδε), corr. Schöll (apud Oberhummerum) et Dragumis per coniecturam, Preuner ex ectypo || 5 med. λίπον Cous., corr. Preuner ex ectypo.

De aetate tituli *a* Cousin haec adnotat: ‘*l’épithète de* φέροπλος *semble indiquer qu’à ce moment, l’Epire était encore indépendante. Notre inscription serait donc d’une époque relativement bonne, et la forme des lettres ne s’oppose pas à cette hypothèse*’. Revera litterarum formae saec. II a. Chr. indicant, cui etiam Dittenberger titulum vindicavit. — V. *a* 2 propter nomina propria hexametrum pro pentametro positum esse recte monuerunt Kaibel et Cousin.

---

313 Lapis calcarius a. 0,25, l. 0,77, cr. c. 0,10, quem a. 1901 F. Noack etiamtum integrum vidit, equidem a. 1934 in tres partes fractum et supra laesum in schola vici *Hagios Vasilios* repperi. Litt. alt. 0,008—0,02, interv. vers. 0,006—0,012; Α Α Α Ε Ξ Μ Μ Π Σ Σ Ω. Edd. ex apographo Tsimikalis G. Konstantinidis, Ἁρμονία I 1900, 352 (*Ath. Mitt.* 25, 1900, 113) et 464; ex ectypo et apographo P. Sursi E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 349; ex ectypo etiam W. Peek, *Gr. Vers.-Inschr.* I 1822. Cf. S. N. Dragumis, Ἁρμονία l. c. 584 et G. Konstantinidis, ibid. 631. Lapidem contuli. *Ect.*

s. II a.

οὔ με πατήρ, ὦ ξεῖνοι, ὁ δύσμορος οὐδέ με μάτηρ
νυμφιδίων θαλάμων ἔδρακον ἁπτόμενον,
ἀλλὰ πάρος διὰ νύκτα κατὰ πτόλιν Ἄρεϊ λυγρῶι
φωτὸς ὑπὸ στυγερᾶς οὐλόμενον παλάμας·
εἰκοσιπενταέτης δὲ γόνος πινυτοῖο Ξένωνος
Νίκαρχος μύσταις ἄμμιγα ναιετάω
οὐδὲ γονεῦσιν ἑοῖς ἀποδοὺς χάριν· ὦ μέγας Ἅιδα,
τόν με κατακτείναντ’ αἶψα καταστορέσαις.

Litterae linea subscripta insignitae hodie fractura haustae sunt. — De priorum lectionibus vide Preunerum, l. c. || 7 ἑοῖς iure suo defendit Preuner, cf. E. Schwyzer *Gr. Gramm.* II 192. 204, 7 || 8 κατακτείναντα αἶψα Konst., Preuner, κατακτείναντ’ αἶψα Sursos, lapis.

‘*Nach dem durchgeführten Dorismus, Buchstabenformen und Orthographie wird man die Inschrift dem II.-I. Jahrhundert v. Chr. zuweisen dürfen*’ (Preuner); equidem confidenter saeculum alterum praefero.

Ceterum recte se habet, quod Preuner adnotat titulum sepulcralem nr. 357 non in hoc lapide inscriptum fuisse.

---

314 Duo lapides calcarii (*a. b*) inter se contigui, uterque a. 0,525, cr. 0,50, l. *a* 1,20, *b* 0,67, quos vidit a. 1901 F. Noack in vico *Hagios Vasilios*. Repperi solum lapidem *a* in θέσει Παπαροΐδου (haud procul septentriones versus a vico), qui ab inferiore angulo sinistro fractus in parte superiore dextra et sinistra foramina uncis destinata et a dextra prope marginem anticum etiam foramen fibulae ferreae destinatum (‘*Dübelloch*’) praebet; superficies lateris adversi non nisi ubi titulus exstat laevigata est. Litt. alt. vs. 1 0,045—0,065, vs. 2 sqq. 0,01—0,015, interv. vers. 0,005—0,007; Α Ζ Μ Π Σ. Edd. ex ectypo et apographo P. Sursi E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 339 nr. 21; ex ectypo etiam W. Peek, *Griech. Vers.-Inschr.* I 750. Cf. A. Wilhelm, *Gött. Anz.* 1903, 796; P. Friedländer, *Am. Journ. Phil* 63, 1942, 82[6]. Lapidem *a* contuli. *Ect.*

a — b

s. II a. [Φιλον]αύτα | Λέων|ος

καὶ λόγον αὐξήσαντα καὶ ἐν λιγυαχέσι Μούσαις
κεκριμένον κρύπτει Σώπολιν ἅδε κόνις,
Θυρρείου ναετῆρα, μεγαυχήτοιο Λέοντος
κοῦρον, ἀμωμήτου σωφροσύνης κανόνα·
ὃν πᾶς μὲν φιλέεσκεν, ὑπερφιάλων δὲ πρὸς ἐχθρῶν
[ὤ]λετο φοινίξας ἀπροτίοπτον Ἄρη·
[ἀ]λλ᾽ εἰ καὶ νέος ἦλθεν ὑπὸ ζόφον, οὐ μὲν ἀσάμως
[τὰν] ἀρετὰν λε̣ί̣π̣ει ζῶσαν ὑπ᾽ ἀελίωι.

Suppl. Preuner || 1 Kla. coll. nr. 280 ([– – ν]αύτα iam Preuner). — V. 7 Rectam interpretationem vocabulorum ἀπροτίοπτον Ἄρη dedit Wilhelm l. c., scilicet Sopolin ab hostibus per insidias necatum esse.

Etiam pluribus e lapidibus hoc monumentum compositum fuisse apparet. Mira autem est, si nomina propria vs. 1 ([Φιλον]αύτα, Λέωνος) respicis, collocatio carminis servati. Quod non aliter esse intellegendum videtur, nisi sumimus carmen postea demum additum esse, certe non multo, quia haud dubie recte Preuner propter litterarum formas putat de una eademque familia agi et nomen Λέωνος (v. 1) patrem Sopolis (v. 4) indicare. Incertum igitur est, num plura quoque carmina in monumento inscripta fuerint, siquidem nullum infra Λέωνος nomen fuit neque contra Preuneri opinionem video, ubinam infra [Φιλον]αύτα nomen alterum carmen exaratum fuisse potuerit.

---

315 Fragmentum stelae lapidis calcarii albi insertum scalis domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Βασίλειος Μπροῦμος; quoad potui dimetiri, a. 0,205, l. 0,285, cr. 0,13. Titulus in rectiangula tabula excavata et marginata litteris incisis scriptus. Litt. alt. 0,013—0,021; ΑΣ, formae neglegenter exaratae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 22, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

s. II a. Ἀριστόλα χαῖρε.

Litteras linea subscripta insignitas, quas exhibet Rhomaeos, non iam vidi.

---

316 Stela lapidis calcarii albi supra cymatio ornata a. 0,81, l. 0,44—0,47, cr. 0,10—0,11. Vidit Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo B. Ἀρβανιτάκη, unde postea in scholam transportata est. Litt. alt. 0,01—0,017; Α et ΑΣ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 7, qui misit etiam apographum et *ectypum*. Contuli lapidem.

s. II a. Ἀρίστων, Εὐφρόσυνον, Ἀριστόνεικε.

Ἀριστόνικε per errorem Rhom. Δελτ. l. c. — Ad nomen Εὐφρόσυνον cf. titulos Corcyraeos IG IX 1, 936. 937.

317 Stela lapidis calcarii a. 0,63, l. infra 0,38, cr. infra 0,25, inaedificata in fronte domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Δημήτριος Κ. Κομποτιάτης, infra a dextra scalarum. Titulus in rotundata tabula excavata litteris incisis exaratus. Litt. alt. 0,02; ΑΣ. Ed. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 490 nr. 66 (*Bezzenb. Beitr.* VII 245; *GDI* 1390; IG IX 1, 499). Contuli lapidem.

s. II a. Ἀριστώνεια χαῖρε.

Prima nominis littera nunc contecta est.

---

318 Stela lapidis arenacei rubentis nunc decurtata a. 0,215, l. 0,325, inaedificata in vico *Hagios Vasilios* in maceria horti ecclesiae, iuxta portam ab exteriore et dextra parte. Superficies lapidis non nisi, ubi titulus exstat, laevigata est. Litt. alt. 0,025; ΑΞΡ, bonae formae. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 12 (IG IX 1, 500). Lapidem contuli.

s. II a. Ἀρχέλα χαῖρε.

---

319 Stela lapidis calcarii infra mutila, supra aëtomate cum acroteriis ornata (dextrum acroterium fractum), a. 0,745, l. 0,405—0,445, cr. 0,07. Vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo

I. Τσόλη, unde postea in scholam transportata est. Litt. alt. 0,01—0,015; ΑΞΜΣ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 19, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

s. II a. Δημήτριε, Λυκίσκα *v* χαίρετε.

Δυκίσκα (Δελτ. l. c.) error typothetae.

---

320 Stela, quam vidit quondam K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, ubi ipse frustra quaesivi. Lapis bis in usum vocatus est, atque ita quidem, ut duo primi versus recentioris tituli (*b*) super vetustiorem (*a*) exarati sint. Litt. alt. *a* 0,011—0,016, *b* 0,017—0,02; *a* ΑΠ, *b* ΑΠΣ, extremae hastae crassatae. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos.

a

s. II a. — — μένα, Πα $\stackrel{3-4}{\ldots}$ πία
χαίρετε.

b

s. II a. [Διο]νύσιε, Εὐρώπα,
Ἀρτεμίδωρε
χαίρετε.

---

321 Magnus lapis calcarius a sinistra fractus a. 0,53, l. 0,87, qui exstat in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου affixus in terra; superficies non nisi, ubi titulus exaratus est, laevigata est. Litt. alt. 0,035—0,06; ΑΜ, formae non diligenter incisae. Exscripsi et commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 719[1].

s. II a. [. . . ., Δι]όφαντε ἐμὶν
χαίρετε.

Cum ex positura verbi χαίρετε appareat in versu priore ante litteram o sex litteras fractura haustas esse, nonnisi nomen Διόφαντος suppleri potest, ut alteri nomini locus satis idoneus relinquatur.

---

322 Stela lapidis calcarii supra cymatio ornata a. (quoad dimetiri potui) 0,23, l. 0,205—0,215, cr. 0,085—0,09, inaedificata in fronte domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Σταμ. Καλατζής, a sinistra fenestrae sinistrae. Litt. alt. 0,02; ΑΣΩ, extremae hastae crassatae, formae neglegenter incisae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 14, qui misit etiam apographum. Lapidem contuli.

s. II a. Δωρὶς
χαῖρε.

---

323 Stela cymatio ornata a. 0,55, l. 0,28, cr. 0,08, quam vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo I. Μπατζαβίνου, ubi ipse frustra quaesivi. Litt. alt. 0,02—0,025; ΑΝΠ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 6, qui misit etiam apographum et *ectypum*.

s. II a. Ἐπίγονε
χαῖρε.

---

324 Stela lapidis calcarii albi supra cymatio ornata, infra mutila, a. 0,495, l. 0,375 (cymatium 0,38), cr. 0,085—0,105; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,023—0,025; ΑΞΜΣ. Exscripsi.

s. II a. Θρασύμαχε χαῖρε.

---

325 Stela lapidis calcarii rubentis supra mutila a. 0,675, l. 0,35—0,37, cr. 0,10, quam vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Κ. Λιαροστάθη, unde postea in scholam transportata est. Litt. alt. 0,019—0,029; ΑΚ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 3, qui misit etiam apographum et *ectypum*. Lapidem contuli.

s. II a. Κλεαγόρα χαῖρε.

Per errorem verbum χαῖρε omisit Rhom. Δελτ. l. c. — Utrum nomen muliebre Κλεαγόρα an virile Κλεαγόρας agnoscendum sit, non liquet.

---

326 Stela lapidis calcarii cum cymatio infra et a sinistra fracta a. 0,36, l. 0,33, cr. c. 0,06; asservatur in vico *Hagios Vasilios* in domo, quam possidet Λάμπρος Τσανάκας. Infra cymatium exstat denticulus, deinde fascia fronde murtea intermixtis bacis et duplici nodo ornata, tum rectiangula tabula marginata, in qua nomina litteris elatis exsculpta sunt et sub qua [χαί]ρετε litteris incisis exaratum est. Litt. alt. vs. 1: 0,03—0,034, vs. 2: 0,028—0,03; vs. 1 ΑΚΣ, extremae hastae crassatae, vs. 2 Ξ. Exscripsi. *Phot.*, quod miserunt P. M. Fraser et T. Rönne.

s. II a. . $\stackrel{c.\,5}{\ldots}$. ων, Λυκίσχα
[χαί]ρετε.

---

327 Stela lapidis calcarii nigricantis cum cymatio undique fracta praeter superiorem partem a. 0,185, l. 0,27, cr. 0,18; inventa ibidem ubi nr. 246, asservatur in domo Νικολάου Τσανάκα. Litt. alt. 0,019—0,03; ΑΜΡΣ, extremae hastae crassatae. Exscripsi ex *ectypo* E. Kirsteni.

s. II a. Μόσχιον
[Ἀ]ντικράτε[ος].

328 Fragmentum stelae lapidis calcarii undique praeter dextram partem desectum a. 0,28, l. 0,425, cr. 0,13, insertum angulo sinistro frontis domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Δημήτριος Χρ. Καλατζῆς. Supra agnoscitur denticulus, sub quo frons murtea cum bacis et nodo exsculpta est. Litt. alt. 0,035; ΑΕΠ. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 11 (IG IX 1, 507). Habui etiam apographum K. A. Rhomaei. Lapidem contuli.

s. II a. Νικίππα χαῖρε.

Littera quarta ex κ, quinta ex ι correcta, scilicet lapicidam primo Νικκι scripsisse, tum correxisse.

---

329 Pars superior stelae lapidis calcarii, nunc ut videtur undique resecta, a. 0,355, l. 0,46; inserta fronti domus, quam in vico *Hagios Vasilios* possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, a dextra portae. Infra marginem superiorem prominet regula, sub qua titulus in rectiangula tabula excavata litteris incisis scriptus exstat. Litt. alt. 0,015—0,02; ΑΣ. Edd. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 180 nr. 9 (IG IX 1, 508); ex G. Doubleti apographo *BCH* 17, 1893, 632. Lapidem contuli.

s. II a. Νικοκλῆς χαῖρε.

---

330 Stela lapidis calcarii rubentis supra dolata, sed vestigia cymatii etiamnunc apparent, a. 0,47, l. 0,26—0,285, cr. 0,08—0,105. Vidit K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, unde in scholam transportata est. Litt. alt. 0,015—0,018; ΑΚΣ. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos. Lapidem contuli.

s. II a. Σιμάκα χαῖρε.

Cf. nr. 531.

---

331 Stela lapidis calcarii rubentis infra fracta, supra dolata, sed vestigia cymatii etiamnunc apparent, a. 0,50, l. 0,32—0,35, cr. 0,10—0,125; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Titulus intra duas lineas incisus est. Litt. alt. 0,017—0,025; ΑΕΣ. Exscripsi.

s. II a. Στρατόνικε χαῖρε.

---

332 Stela lapidis calcarii albi cum cymatio ab inferiore angulo dextro fracta, a. 0,945, l. 0,54 —0,56, cr. c. 0,10; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,013—0,018; ΑΚΜΣ, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. II a. Τιμόστρατε, Κλεολαΐ, Λυκία χαίρετ[ε].

Infra titulum incerta vestigia vetustioris tituli erasi cernuntur. — Nomen Κλεολαΐς haud dubie restituendum est etiam in titulo *I. Délos* 2230, ubi [-- καὶ τῆς γυναικὸς] Κλευλλίδος lectum est.

---

333 Stela, quam vidit quondam K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, ubi ipse frustra quaesivi. Supra titulum linea incisa est. Litt. alt. 0,023—0,027; ΑΕΝ. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos.

s. II a. [Φ]ιλαινὶ χαῖρε.

Suppl. Rhom.

---

334 Stela lapidis calcarii cum cymatio infra mutila a. 0,325, l. 0,27, cr. 0,08—0,09, quam vidit K. A. Rhomaeos in aula domus vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Εὐστάθιος Κ. Λιαροστάθης; hodie nonnisi dextra pars (l. 0,23) servata est inaedificata in fenestra eiusdem domus. Litt. alt. 0,015; ΑΣ. Exscripsit Rhomaeos, qui etiam *ectypum* misit. Lapidem contuli.

s. II a. Φ̣ιλέ | *v v v v* στα
χαῖρε.

Apparet in stela quondam picturam fuisse, cui titulus accommodatus est, cf. nr. 305 et 335. Ad nomen Φιλέστα aut Φιλέστας (cf. ad nr. 301) pro Φιλίστα(ς) conferenda videntur nomina Φιλέτις IG V 1, 1341_6 (*'zu einem männlichen Namen* Φιλέτας', Bechtel, *H. P.* 451), Φιλετώ SEG III 746 et Φιλίτας.

---

335 Stela lapidis calcarii rubentis aëtomate laeso cum denticulo ornata, infra et a sinistra fracta, a. 0,33, l. 0,345; inserta fronti domus vici *Hagios Vasilios*, quam possidet Γεώργιος Σπηλιάς, inter ambas portas. Litt. alt. 0,017—0,028; Α (hastis leviter curvatis) Ε et Ε, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. II a. -- λα,
-- ίων *0,08* χαίρετε.

Scilicet etiam in hac stela (cf. nr. 305 et 334) quondam picturam fuisse, cui titulus accommodatus est.

336 Superior angulus dexter stelae lapidis calcarii rubentis aëtomate ornatae a. 0,175, l. 0,18, cr. 0,05; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,04; Σ. Exscripsi.

s. II a. [– – πο]λ̣ις.

337 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi frustra quaesivi. Litterae ΑΣ (Heuzey). Ed. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 490 nr. 68 (*Bezzenb. Beitr.* VII 246; *GDI* 1391; IG IX 1, 502). Cf. C. Bursian, *Rh. Mus.* 16, 1861, 435.

s. II a. (?) Ϝρῶσις (?) χαῖρε.

ϜΡΩΣΙΣ Heuzey, interpretatus Ἔρωσις, item Fick et Dittenberger, qui adnotat: 'Nomen mirum neque erroris suspicione carens. Conieceris Ἐρω[τ]ίς aut [Π]ρω[τ]ίς in lapide esse. Utique de digammo in titulo illarum regionum Ionica litteratura exarato cogitare non licet'. Hoc enim voluit Bursian ratus nomen Ῥῶσις agnoscendum esse, fortasse recte, cf. nr. 602_{10}. Ceterum de digammo in titulis illarum regionum Ionica litteratura exaratis vide e. gr. *GDI* 1346_5. 1356_5.

338 Parva stela cum cymatio a. c. 0,40, l. c. 0,18, cr. c. 0,04, inaedificata in stabulo, quod est in θέσει Λαγγαδέρια vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. c. 0,015; ΑΕΣ. Communicavit mecum custos Λάμπρος Τσανάκας, ipse lapidem non vidi.

s. II a. (?) Σωκράτης
χαῖρε.

339 Fragmentum stelae lapidis calcarii undique mutilum a. 0,15, l. 0,20, cr. 0,14; exstat in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου. Titulus in tabula marginata litteris elatis exsculptus est, supra quam reliquiae frondis querneae cum glandibus cernuntur. Litt. alt. 0,035; ΑΡ, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. II a. (?) – – – χαῖρ[ε].

340 Lapis calcarius a parte postica ut videtur laesus a. 0,605, l. 0,79, cr. 0,55; in parte superiore dextra et sinistra foramen unco destinatum. Exstat in vico *Hagios Vasilios* in horto Georgii Kompotiatis. Superficies lateris adversi non nisi ubi titulus exaratus est laevigata est. Litt. alt. 0,012 — 0,022, interv. vers. 0,005 — 0,01; ΑΜΝΞΠΣ et Σ. Edd. ex ectypo et apographo P. Sursi E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 341 nr. 22; ex ectypo etiam W. Peek, *Griech. Vers-Inschr.* I 1122. Lapidem contuli. *Ect.*

s. II/I a.
πένθεα καὶ στοναχὰς λείπω, ξένε, πατρὶ Φιλίσκωι
ματρί τε δυστάνοι βὰς Ἀΐδαο δόμους,
ἄρκου ὑπὸ στυγερᾶς ὀλέσας βίον, ἅ με βιαίως
ὤλεσε σαρκὸς ἐμᾶς δραξαμένα γένυσιν.
θνάσκω δ' ἐννεάδεσσιν ἐτῶν τρισί· Μοῖρα γὰρ οὕτως
ἄγέ με δύστανον βάμεναι εἰς Ἀΐδαν.
χηρεύει θάλαμός μοι, ἐγὼ δ' ὑπὸ νέρτερα γαίας
ναίω τὸν σκοτερὸν δερκόμενος θάλαμον,
ἔνθα μοι οὔτ' ἄλοχος παρακλείνεται οὔτε πατρός μου,
οὐ ματρὸς φωνὰν δέρκομαι εἰς ἀκοάς·
ἀλλ' Ἀΐδα σκότιον Τιμέλαν νέφος ἀμφικαλύπτει·
δύσμορος εἰς οἵαν μοῖραν ἔκυρσα βίου.

Littera Ε in vocibus λείπω (v. 1) et εἰς (v. 6) supra lineam addita || 2 δυστάν⟨ω⟩ι Preuner sed nihil mutandum, cf. M. Lejeune, *Observations sur la langue des actes d'affranchissement delphiques* (1939) 132 adnot. 259. V. 3 ἄρκου ὑπὸ στυγερᾶς· de genere feminino et forma vocis ἄρκος cf. Preuner, l. c. 342/3 et L. Robert, Hell. V 88/9. 11 De nomine Τιμέλας cf. Preuner, l. c. 344 et Bechtel, *H. P.* 428.
Carmen satis inconditum Preuner imprimis propter orthographiam priori fere parti saec. I a. Chr. vindicat, fortasse recte.

341 Stela l. c. 0,30, quam vidit quondam K. A. Rhomaeos in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Ἀναστάσιος Κ. Λιαροστάθης, ubi ipse frustra quaesivi. Superficies lapidis non est laevigata. Litt. alt. 0,013 — 0,017; ΑΖΠ. Exscripsit et misit *ectypum* Rhomaeos.

s. II/I a. Ἀγαθέα, Ζώπυρε, Νικόστρατε
χαίρετε.

De nominibus et in -έας et in -ίας cadentibus cf. A. Wilhelm, *Att. Urk.* V 138.

342 Stela lapidis calcarii rubentis infra fracta, supra cymatio ornata, a. 0,25, l. infra cymatium 0,245 (cymatium 0,26), cr. 0,11. Exstat in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου. Litt. alt. 0,023—0,03; ΑϵϹ, formae neglegenter exaratae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 17, qui misit etiam apographum. Contuli lapidem.

s. I a. Δάζιμος
χαῖρε.

343 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi frustra quaesivi. Litterae ΑΜφ (Heuzey). Ed. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 490 nr. 67 (*Bezzenb. Beitr.* VII 246; *GDI* 1394; IG IX 1, 497).

s. I a. (?) Ἀμφιλαΐδα χαῖρε.

344 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi frustra quaesivi. Litterae ΑΘΣ (Leake). Ed. W. M. Leake, *Travels in Northern Greece* IV (1835) tab. XXXIV nr. 165 (CIG II Add. p. 983 nr. 1794 *e*; Le Bas-Foucart II 1054; *Bezzenb. Beitr.* VII 245; *GDI* 1393; IG IX 1, 498).

s. I a. (?) Ἀνθὶς χαῖρε.

345 Stela, quam in vico *Hagios Vasilios* quondam vidit K. A. Rhomaeos, ipse frustra quaesivi. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 23.

Εὔδοξε χαῖρε.

Rhom. titulum inter eos affert, quos saeculis III—I a. Chr. tribuit. An idem atque nr. 289?

346 Stelae fragmentum, quod vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Εὐστ. Χ. Τσόλη, ubi frustra quaesivi. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 20, qui misit etiam apographum.

Λεωνὶ
χαῖρε.

Rhom. titulum inter eos affert, quos saeculis III—I a. Chr. tribuit.

347 Stela fracta inventa in vico *Hagios Vasilios* prope stelam nr. 342; frustra quaesivi. Titulus 'ἐπὶ τοῦ ἐπιστυλίου στήλης εἰς πολλὰ τεμάχια ὑπὸ τοῦ τυμβωρύχου τεθραυσμένης' (Rhom.). Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 18, qui misit etiam apographum.

Μελίτα χαῖρε.

Rhom. titulum inter eos affert, quos saeculis III—I a. Chr. tribuit.

348 Stelae fragmentum, quod vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Τ. Σώζου. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 49 nr. 16, qui misit etiam apographum. Frustra quaesivi.

Σωτίων
χαῖρε.

Rhom. titulum inter eos affert, quos saeculis III—I a. Chr. tribuit.

349 Fragmentum stelae lapidis calcarii undique mutilum praeter partem superiorem, ubi margo est, a. 0,26, l. 0,39, cr. 0,10. Exstat in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Παπαροΐδου. Titulus in tabula leviter excavata incisus. Litt. alt. 0,02—0,025; ΑΕΛ, formae non diligenter exaratae. Exscripsi.

s. I a./I p. Ἀγέλαε̣ [χαῖρε].

350 Stela lapidis calcarii cum aëtomate acroteriis ornato a. max. 0,76, l. 0,41—0,46, cr. 0,13—0,14, quam in vico *Hagios Vasilios* Λάμπρος Τσανάκας etiamtum integram vidit; ipse non nisi fragmentum infra et supra mutilum in domo, quam possidet Σταμ. Καλατζῆς, repperi. Infra aëtoma delineatio, quam confecit Τσανάκας, praebet fasciam fronde laurea intermixtis bacis et duplici nodo ornatam, sub titulo brevis termes hederaceus cum tribus foliis exsculptus est. Litt. alt. 0,04—0,05; ΑϵΩ, formae neglegenter exaratae. Praeter fragmentum, quod exscripsi, praesto fuit apographum Τσανάκα.

aet. imp. Ἄταλος
ἐτῶν [ξ']
χαῖρε.

Apographum Τσανάκα est hoc: Ἄταλος|ἐτῶν|ἑξήκοντα|χαῖρε. Quod sic esse corrigendum, ut supra posui, docent litterae fragmenti, quas lineis subscriptis insignivi. Fortasse etiam Ἄτταλος restituendum.

351 Columella lapidis calcarii a sinistra et infra mutila a. max. 0,33, diam. 0,235; 'προέρχεται ἀπὸ τὴν θέσιν Βρωμονέρια τῆς περιφερείας Θυρρείου', Λάμπρος Τσανάκας, in cuius domo vici *Hagios Vasilios* nunc asservatur. Litt. alt. c. 0,025; ΕΗΣΦ.

Exscripserunt P. M. Fraser et T. Rönne, qui miserunt etiam *phot.* (tab. II).

aet. imp. – – – φείνιος
– – – στος
– – – τήριον
[– – –θ]εος
– – – τος

Suppl. Kla. || 1 nomen Romanum velut [Ῥου]φείνιος || 3 nomen muliebre potius quam [κοιμη]τήριον.

352 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi vidit Meletios. Edd. B. de Montfaucon, Diarium Italicum (1702) 424 nr. 9 ex schedis Apostoli Zeni in titulis Corcyraeis; Meletios, Γεωγραφία παλαιὰ καὶ νέα (1728) 322 (L. A. Muratori, Novus thesaurus III 1656 nr. 4 ex Montf.; CIG II 1794*d*; Le Bas-Foucart II 1053; IG IX 1, 529). Frustra quaesivi.

aet. imp. (?) Ἡράκλειτος Τυανεὺς ἐτῶν ο' χαῖρε.

ΧΑΙΡΑΙ Montf. — Vix putandum est titulum uno versu exaratum fuisse.

Cave huc referas nr. 284, siquidem hic titulus tertio a. Chr. n. saeculo, supra positus probabiliter aetati imperatoriae tribuendus est.

353 Stela in duas partes fracta, infra mutila, a. 0,30, l. 0,35, quam in vico *Hagios Vasilios* in domo Κωνστ. Λιαροστάθη vidit Skias, ipse frustra quaesivi. Titulus in fascia excavata litteris incisis exaratus. Ed. A. N. Skias, Ἐφ. ἀρχ. 1893, 34 nr. 3 (IG IX 1, 504).

Καλλοῖ
χαῖρε.

354 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi frustra quaesivi. Littera Α (Heuzey). Ed. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 490 nr. 69 (*Bezzenb. Beitr.* VII 246; *GDI* 1392; IG IX 1, 505).

[Κ]λειοῖ
χαῖρε.

355 Stela, quam vidit quondam G. Doublet in vico *Hagios Vasilios* in domo Themistoclis Strati, nunc Georgii Th. Strati, ubi frustra quaesivi. Ex G. Doubleti apographo ed. *BCH* 17, 1893, 632 nr. 4 (IG IX 1, 506).

Λέων χαῖρε.

356 Stela, quam vidit quondam G. Doublet in vico *Hagios Vasilios* in domo Themistoclis Strati, nunc Georgii Th. Strati, ubi frustra quaesivi. Ex G. Doubleti apographo ed. *BCH* 17, 1893, 632 nr. 1 (IG IX 1, 492).

Λυκίσκος
Φαλακρίωνος.

357 Stela, quam vidit K. A. Rhomaeos in vico *Hagios Vasilios* in domo Σταμ. Καλατζῆ, ipse frustra quaesivi. Edd. ex apographo Tsimikalis G. Konstantinidis, Ἁρμονία I 1900, 464 (cf. 632) et ex apographo P. Sursi E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 350. Habui etiam apographum Rhomaei.

Μόσχιον χαῖρε.

358 Stela cum aëtomate a. (sine aëtomate) 0,60, l. 0,46, inventa in vico *Hagios Vasilios* in θέσει Ἀνθουλα Γροσιά (in colle Soro). Ed. E. Kirsten, *Arch. Anz.* 1941, 107[3].

Νικόλαε
χαῖρε.

Titulum duobus versibus exaratum esse nuntiavit ed.; de tempore nihil adnotavit.

359 Stela, quam G. Doublet vidit in domo vici *Hagios Vasilios*, quam nunc possidet Γεώργιος Θ. Στράτος; ipse frustra quaesivi. Ed. ex Doubleti apographo *BCH* 17, 1893, 632 nr. 2 (IG IX 1, 510).

Σώσανδρε
χαῖρε.

360 Stela inventa in vico *Hagios Vasilios*, ubi vidit Meletios. Edd. B. de Montfaucon, Diarium Italicum (1702) 425 nr. 15 ex schedis Apostoli Zeni in titulis Corcyraeis; Meletios, Γεωγραφία παλαιὰ καὶ νέα (1728) 322 (L. A. Muratori, Novus thesaurus III 1479 nr. 10 ex Montf.; CIG II 1794*c*; Le Bas-Foucart II 1051; *Bezzenb. Beitr.* VII 245; *GDI* 1386; IG IX 1, 528). Frustra quaesivi.

Τελλίας Πυθίωνος.


ΤΙΛΛΙΑΣ ΠΕΙΘΙΩΝΟΣ Montf.

361 Stela supra et infra mutila l. 0,56, quam vidit A. N. Skias in vico *Hagios Vasilios* in aula domus Ἀποστόλη Σαββατοπούλου, quam nunc possidet vidua Γεωργίου Σαββατοπούλου, ubi frustra quaesivi. Ed. A. N. Skias, Ἐφ. ἀρχ. 1893, 35 nr. 5 (IG IX 1, 512).

– – ος Σωτίωνος χαῖρε.

ABACI.

362 Duo fragmenta (*a. b*) inter se non contigua magnae tabulae lapidis calcarii albi, quae K. A. Rhomaeos viderat in diversis domibus vici *Hagios Vasilios* et quae nunc ibidem in schola asservantur. Frg. *a* supra et a sinistra marginem praebens, in duas partes fractum, a. 0,43, l. 0,67, cr. 0,12, *b* supra tantum mutilum, a. 0,265, l. 0,79, cr. 0,12. Litt. alt. 0,017—0,028. Ed. K. A. Rhomaeos Δελτ. II 1916 παρ. 48 cum imag. phot. ectypi fragmenti *b* et delineatione totius tabulae (commemoraverat iam 'Εφ. 1912, 268); misit etiam apographum et *ectypum* fragmenti *b*. Cf. M. N. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 28, 1926—1927, 144 nr. 26; 37, 1936—1937, 247 nr. 37. Fragmenta contuli.



Delineationem, quam dedit Rhom. l. c., e lapide in his correxi: fragmentum *a* a dextra marginem non habet sed hic quoque mutilum est atque ita, ut non tredecim litterae servatae sint sed tantum duodecim, et littera undecima est Δ, non Δ. Revera autem in editione Rhomaei nonnisi errores subesse demonstrat apographum eius, quod plane cum lapide consentit.

Haec duo fragmenta ad unam eandemque tabulam pertinuisse certum est non solum ex indicio eius, qui tabulam integram operculi sepulcri vice fungentem invenit eamque se consulto confregisse confessus est, sed etiam e lapidis natura et litterarum forma, quae prorsus eaedem sunt. De significatione singularum litterarum numeralium cf. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 28 l. c. et de eiusmodi tabulis calculatoriis vide, quae A. Nagl, *SB Ak. Wien* 177, 5 (1914) et *RE Suppl.* III (1918) 10 disseruit.

---

363 Lapis calcarius a dextra fractus, qui gradus vice fungitur in scalis domus Δημητρίου Κ. Κομποτιάτη in vico *Hagios Vasilios*, a. x + 0,33, l. 0,30, cr. 0,12. Litt. alt. 0,028. Ed. G. Cousin, *BCH* 10, 1886, 179 nr. 4 (IG IX 1, 488). Cf. J. Woisin, De Graecorum notis numeralibus (diss. Lipsiensis, Kiliae 1886) 4[5]; A. Wilhelm, *Arch.-epigr. Mitt. Öst.* 20, 1897, 91 nr. 24; W. Kubitschek, *Wien. Num. Zschr.* 31, 1899, 398; M. N. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 18, 1911—1912, 112 nr. 26 *b*, cf. 28, 1926—1927, 144 nr. 26; A. Nagl, *SB Ak. Wien* 177, 5 (1914), 20; K. A. Rhomaeos, Δελτ. II 1916 παρ. 48. Lapidem contuli.

s. III a. Μ [X] X [H] H [Δ] — — —

Tertia littera linea subscripta insignita, quam etiamtum Cousin vidit, hodie non iam legitur. Quarta

littera est non ΓΗ (Cous.) sed ΓΗ, quinta quamvis deleta certe non H (Cous.) sed probabiliter Η.

Lapidem in hodiernum usum scilicet resectum fragmentum non rationum quarundam publicarum (Cousin, Dittenberger) sed tabulae calculatoriae esse primus vidit Woisin. Notandum autem est seriem quidem litterarum numeralium eandem esse atque in nr. 362, dispositionem autem paulo diversam.

---

364 Tabula lapidis calcarii albi undique mutila a. 0,55, l. 0,54, cr. c. 0,14; asservatur in schola vici *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,04. Exscripsi et commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 719. Cf. M. N. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 37, 1936—1937, 247 nr. 37. *Ect.* Kirsteni.

s. III a. 

Paenultima et ultima littera scilicet ΓΤ sunt, cf. nr. 362.

365 Fragmentum tabulae lapidis calcarii albi undique mutilum praeter supra, ubi margo est, a. 0,28, l. 0,29, cr. 0,10; asservatur in domo custodis antiquitatum Λάμπρου Τσανάκα in vico *Hagios Vasilios*. Litt. alt. 0,043—0,045. Exscripsi et commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 719. Cf. M. N. Tod, *Ann. Brit. Sch.* 37, 1936—1937, 247 nr. 37.

s. III a. 

---

366 TEGULA. Fragmentum tegulae fictilis undique mutilum a. max. 0,053, l. max. 0,055, cr. 0,017, quod vidit in vico *Hagios Vasilios* K. A. Rhomaeos, qui misit delineationem; ipse frustra quaesivi. Litterae (sinistrorsum) forma expressae, a. 0,02.

←
[Θ]υρρε̣[ίων].

Suppl. Rhom., qui adnotat: 'Κατὰ τὰς περιγραφὰς τῶν χωρικῶν τοῦ 'Αγ. Βασιλείου εὑρίσκονται συχνάκις κεραμίδες μετὰ τῆς ἐπιγραφῆς: Θυρρείων'.

V. *RUGA* (ET *PALIAMBELO*)

Probabiliter 'Εχῖνεος (IG IV² 1, 95_{17}), Echinus (Plin. n. h. IV 5), 'Εχῖνος vel 'Εχινοῦς (Steph. Byz.), cf. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 379 s. (Philippson, *RE* V 1921 nr. 1). Contra K. A. Rhomaeos, Δελτ. 4, 1918, 115 'Ηράκλειαν praefert.

TITULI SEPULCRALES.

367 Stela rudis lapidis calcarii a dextra et fortasse supra quoque fracta, a. c. 0,42, l. c. 0,27, cr. 0,13; in vico *Paliambelo* in domo, cuius dominus est Βασίλειος Ζήσης, ante furnum solo immissa. Litt. alt. 0,065—0,07; ΑΔΡΚ. Exscripsi.

s. VI/V a. 'Ανδρο̣ – –

---

368 Stela lapidis calcarii in duas partes fracta, supra mutila, sed agnoscitur etiam nunc cymatium, a. 0,79, l. 0,27—0,38, cr. 0,085—0,11; gradus vicibus fungitur in vico *Paliambelo* ante portam domus Σπύρου Σουλιώτη. Litt. alt. 0,015—0,02; ΑΣ, extremae hastae leviter crassatae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 232). Lapidem contuli.

s. III a. Γλαυκῖνος.

369 Stela lapidis calcarii albi ab inferiore angulo dextro mutila, aëtomate et acroteriis ornata, a. 0,73, l. 0,334—0,38, cr. 0,135; iuxta eandem καλύβην, ubi nr. 374 et 376, in clivo septentrionali. Supra titulum linea incisa est. Litt. alt. 0,02; ΑΓΣ. Exscripsi.

s. III² a. Πυστάκα
χαῖρε.

Ad nomen Πυστάκα cf. Πύστακος *GDI* 1969_{22} (Daulidis), Πυστακίς IG IX 1, 628_5 (Cephalleniae; Πιστακίς error Dittenbergeri), Πυστακίων *GDI* 1580_8 (Dodonae). *BCH* 29, 1905, 163 nr. 1 (Ithacae).

---

370 'Μεγάλης στήλης τὸ ἄνω μέρος μὲ ἀέτωμα (nunc decussum). Ζῳοφόρος κοσμουμένη μὲ κλάδους δρυὸς συμπλεκομένους'; a. 0,22, l. 0,62, cr. 0,09. Lapis 'ἐκ τῶν νεκροταφείων τῆς 'Ρούγας', ubi ex-

scripsit Rhomaeos, transportatus in vicum *Paliambelo* inaedificatus est inversa positura in pila, quae sustinet Maenianum domus Ἀποστόλου Κατσαροῦ. Titulus infra frondem querneam in fascia excavata elatis litteris exaratus est. Litt. alt. 0,04; ΑΕ, formae pulcherrimae cum extremis hastis crassatis. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 (SEG I 228). Lapidem contuli.

s. III a. (?) Λ̲ύκε χαῖρ̲ε̲.

Litterae linea subscripta insignitae hodie non leguntur. Cum vero Rhom. litterarum formas saec. II vel I a. Chr. tribuat, mihi quidem saec. I non videtur in censum venire, immo de saeculo tertio a. Chr. cogitaverim. — In eadem pila inclusam latere alteram quandam inscriptionem affirmavit dominus supra nominatus.

371 Stela lapidis calcarii albi in duas partes fracta, supra cymatio ornata, a. 0,625, l. 0,24—0,29; in vico *Paliambelo* immissa pavimento ante portam domus, cuius dominus est Σπῦρος Σουλιώτης. Litt. alt. 0,015—0,028; Α Θ Ρ, formae neglegenter incisae. Exscripsi.

s. II a. Ἀγάθων
χαῖρε.

372 Aëtoma stelae lapidis calcarii cum acroteriis a. 0,24, l. 0,475; in vico *Paliambelo* inaedificata supra portam domus Μιλτ. Δράκου. Litt. alt. 0,013—0,02; Α Ξ Π, extremae hastae crassatae. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 236). Lapidem contuli.

s. II a. Ἀναξίπολι *v* χαῖρε.

Titulus intra aëtoma scriptus est.

373 Pars superior stelae lapidis calcarii, infra et ab utroque latere desecta, fastigio ornata, infra quod frons quernea cum glandibus et nodo exsculpta est, a. 0,315, l. 0,37; inaedificata in vico *Paliambelo* in scalis domus Ἀθανασίου Καλιακώστα. Litt. alt. 0,015—0,03; Α Π, extremae hastae crassatae. Exscripsi.

s. II a. [Ἀ]πολλώνιε χαῖρ[ε].

374 Stela lapidis calcarii albi, a partibus inferiore et superiore desecta, a. 0,47, l. 0,48, cr. c. 0,15; supra fuit cymatium, infra quod proximus sequitur titulus in fascia excavata litteris incisis scriptus. ''Ἐκ τῶν νεκροταφείων τῆς 'Ρούγας, ἐντειχισμένη εἰς παρακειμένην καλύβην', cuius dominus est Κωνσταντῖνος Σουλιώτης ἢ Κανάγιας; inaedificata est dextra portam. Litt. alt. 0,016—0,022; Α Μ Ξ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 230). Lapidem contuli.

s. II a. Δαμόξενε *v* χαῖρε.

375 Superior pars stelae lapidis calcarii albi olim cymatio ornatae, a. 0,38, l. 0,455—0,475, cr. 0,09; in vico *Paliambelo* inserta scalis domus Μιλτ. Δράκου. Litt. alt. 0,02—0,028; Α Ε Μ Σ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1908, 123 (SEG I 235 cum add. p. 138). Lapidem contuli.

s. II a. Μναίστρια, Λακράτη
χαῖρετε.

1 . . . μναιστρα Rhom., sed a sinistra, ubi margo exstat, nihil suppleri potest atque alterum iota certum est. Notandum est litteras στρ per compendium (non e correctura ortum, ut suspicatur Rhom.) scriptas esse. Ad nomen Μναίστρια cf. Μναστήρ Bechtel, *H. P.* 322; prius iota scilicet per epenthesin, quae dicitur, ex altero natum, cf. *SB Ak. Berl.* 1937, 158, sed vide etiam E. Schwyzer, *Griech. Gramm.* I 273 *Zusatz* 1. — Formae litterarum priorem saec. II a. Chr. partem produnt.

376 Stela lapidis calcarii albi supra et infra, ut videtur, olim cymatio ornata, a. 0,84, l. 0,42, cr. 0,205; inaedificata eodem loco atque nr. 374 sed sinistra portam et inversa positura. Litt. alt. 0,02—0,023; Α Ε. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 231). Lapidem contuli.

s. II a. Μυρτι *v* χαῖρε.

'Sive Μύρτι sive Μυρτί (hoc feminae, illud viri nomen)' SEG. — Litteraturam alteri saec. II a. Chr. parti attribuerim.

377 'Στήλη ἀκεραία μὲ ἀέτωμα', quam 'ἐν τοῖς νεκροταφείοις τῆς 'Ρούγας' exscripsit Rhomaeos, ipse frustra quaesivi. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 122 (SEG I 227).

s. II a. Σατύρα χαῖρε.

'Χαρακτῆρες Β' αἰῶνος π. Χ.', Rhom.

378 Stela lapidis calcarii supra, ut videtur, fracta, a. 0,495, l. 0,28 + x, cr. 0,08; in vico *Paliambelo* latere dextro inserta scalis domus Μιλτ. Δράκου. Litt. alt. 0,016—0,024; Α Μ Σ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 234). Lapidem contuli.

s. II a. Σίμα, Ἀρίστων
χαίρετε.

---

379 'Στήλη ὑψηλὴ 0,95 τεθραυσμένη εἰς τεμάχια', quam Rhomaeos 'ἐν τοῖς νεκροταφείοις τῆς Ῥούγας' exscripsit, ipse frustra quaesivi. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 229).

Ἡρα[κλείδα χαῖρε (?)].
magnum intervallum
[Μ]αῖα Παλαιραία
[Ἡ]ρακλείδαι δῶρον.

Suppl. Rhom. — Spatium vacuum fortasse ad picturam recipiendam destinatum fuit, idem. Ad formam ethnici cf. SEG IX 2_{35}. De stelae aetate Rhom. nihil adnotat, E. Kirsten, *RE* XVIII 1, 2456 '*aus dem 2./1. Jhdt.*', temere, ut quidem videtur.

---

380 Fragmentum stelae lapidis calcarii in rectagonum sectum, a. c. 0,24, l. c. 0,20; in vico *Paliambelo* inaedificatum supra portam domus, cuius dominus est Δημήτριος Παχῆς. Litt. alt. 0,03; Α Ε Ξ Σ. Ed. K. A. Rhomaeos, Δελτ. IV 1918, 123 (SEG I 233). Lapidem contuli.

s. I/II p. Σωτη[ρὶς (?)]
ἐτῶ[ν]
ξγʹ χα[ῖρε].

1 suppl. Kla.; Σωτη[ρώ] Rhom. An fuit Σωτηρία, Σωτήριε sim.?

VI. *LYKONIKO*

De ruinis in loco *Lykoniko* prope hodiernum vicum *Monastiraki* sitis cf. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 404 s.; K. A. Rhomaeos, Δελτ. 4, 1918, 122; *SB Ak. Berl.* 1935, 720. De antiquo nomine ne coniecturam quidem facere audeo.

TITULI SEPULCRALES.

381 Stela lapidis calcarii infra mutila, supra cum cymatio dolato, a. 0,40, l. x + 0,265, cr. 0,10—0,11; inserta scalis domus vici *Monastiraki*, quam possidet Ἰωάννης Θ. Στραβοκέφαλος, atque ita quidem, ut dextrum latus lateat, oriunda ex ruinis, quae exstant in loco *Lykoniko*. Litt. alt. 0,02—0,033; Μ Ω, extremae hastae crassatae. Commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 720.

s. III² a. Ἰθμονικῶ.

Ad formam nominis cf. Ἰθμονίκα Πελλανίς IG IV² 1, 121_{10} (Bechtel, *H. P.* 333); ceterum vide Syll.³ 36⁴.

---

382 Stela lapidis calcarii aëtomate superata a. c. 0,44, l. 0,285—0,30, inaedificata in superiore angulo sinistro frontis domus vici *Monastiraki*, quam possidet Στράτος Καπότης, oriunda indidem atque nr. 381. Litt. alt. 0,013—0,02; Α Σ, formae neglegenter exaratae; de apicibus qui dicuntur non constat, quia stela multa calce oblita est. Commemoravi *SB Ak. Berl.* 1935, 720.

s. II a. Στρατόνικε χαῖρε.

383 INCERTUM. Quattuor titulorum fragmenta F. Noack a. 1901 in vico *Monastiraki* vidit atque ectypa fecit, quae commemorat E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 352. Quos titulos quia reperire nequivi, mihi quoque nonnisi haec *ectypa* satis mala praesto erant, quae ut potui exscripsi. Videtur autem ex toto genere scripturae et formis litterarum de titulis serae, probabiliter Byzantinae aetatis agi.

a ΟΙ
CṆ
ΝΙΔỌ
CVPỌ
ΒΙẠΙΟC̣
ΛΗCΗ
ΙṆΑЄΓ
ḄỌΝΘ̣Ο
Ṇ̣ΑΙ *vac*

b – – ẠΒΟΝΤΟΑΙ – –

c – – ΟΝΛΣΤΗ̣ – –

d – – ΣΕ̣ₒC – –

a 5 fortasse nomen proprium Βίαιος; iam Preuner de catalogo nominum cogitavit. — *b* ἐλ]άβοντο vel ἔλ]αβον τό? — *c* μ]ονα̣στή[ριον? Quod supplementum, si rectum est, optime cum hodierno nomine vici *Monastiraki* congruit.

VII. *KOMBOTI*

De antiqui oppidi vestigiis prope vicum hodiernum *Komboti* sitis cf. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 350 ss. et *SB Ak. Berl.* 1935, 722. Fortasse hic Τορύβεια (IG IV^2 1, 95_{18}) collocanda est, cf. E. Kirsten, *Arch. Anz.* 1941, 108 cum nota 3. Τύρβειον (Ἀκαρνὰν ἐκ Τυρβείου *FD* III 3, 203_5) aliam nominis formam eiusdem oppidi cum B. Haussoulliero (*Rev. Phil.* 1894, 155 ss.) et M. Fraenkelio (IG IV p. 357) putaverim, cum Ioh. Pomtow (Syll.^{3} 417^{12}) improbabiliter de oppido Θύρρειον cogitaverit et G. Daux (*FD* l. c.) nomen neque ad illud neque ad hoc sed tertium quoddam oppidum referat.

TITULI SEPULCRALES.

384 '*Stelenfragment mit Giebel und dorischem Gebälk über jonischen Pilastern. Die Inschrift auf dem Architrav. Breite im Architrav 0,865 m, Höhe des Architravs 0,07, des Triglyphon 0,075, der horizontalen Geisonleiste 0,043, des Giebels (mit ergänztem Rahmen) 0,234 m. Auf den 0,13 m breiten Seitenflächen war das Volutenkapitell der Pilaster wiederholt*' (F. Noack in libro manu scripto inedito, de quo cf. *SB Ak. Berl.* 1935, 723^2). Vidit Noack in ruinis antiqui oppidi prope vicum *Komboti* sitis, ubi ipse frustra quaesivi. Litt. alt. c. 0,045; AΜΣ. Ed. ex ectypo Noackii E. Preuner, *Ath. Mitt.* 27, 1902, 351 nr. 24. *Ect.*

s. IV a. Ἁγήμονος.

385 Stela sepulcralis inventa in ruinis oppidi antiqui prope vicum *Komboti* sitis, de qua me huius vici incola Ἀνδρέας Πετίνης certiorem fecit; eodem auctore littera α formam A praebet. Frustra quaesivi.

s. III/II a. Ἀγάμεμνον χαῖρε.

386 Stela lapidis calcarii albi undique mutila praeter superiorem partem, ubi cymatium cum magno denticulo exstat, a. 0,225, l. 0,43, cr. c. 0,12; inventa in sepulcreto septentrionali oppidi antiqui prope vicum *Komboti* siti nunc intra muros prope portam septentrionalem asservatur. Litt. alt. 0,016—0,035; AΠΣ. Exscripsi.

s. II a. [Ν]ικόπολι,
[Ἀ]ριστόδα[με]
χαίρετ[ε].

Suppl. Kla.

VIII. MEDION

Nomen: Μεδεών (Thuc. III 106), Μεδιών (IG IV^2 1, 95_{13}; Steph. Byz. ex Polybio), Medion (Liv. 36, 11. 12).
Situs: *Katuna.*
Cf. Kroll, *RE* XV 102.

387 Stela sepulcralis asservata in domo advocati Chr. Sturnarae in vico *Katuna.* Ed. E. Kirsten, *Arch. Anz.* 1941, 108^1.

Λυκίσ[κ – –].

De aetate tituli editor nihil adnotat.

388 *Megaris.* DECRETUM MEDIONIORUM DE FERIIS A MEGARENSIBUS DIANAE SOTIRAE INSTITUTIS. IG VII 16 *a* 8—20. Cf. L. Robert, *Ét. épigr. et philol.* 70 nr. 11 cum imag. phot. ectypi in tab. VI (SEG XIII 283). Contuli *ectypum,* quod misit rogatu meo Museum Britannicum.

fin. saec. III a. [Μ]εδιωνίων.

intervallum unius versus

[παραγενομένων π]ρεσβευτᾶγ κ[αὶ θεωρῶν παρὰ τᾶς πό]-
[λιος τᾶς Μεγαρέ]ων Οἰνοπίωνος, [Διονυσᾶ, – – νθοδήμου]

[ἐπαγγελλόντων] τ̣ὰς θυσίας καὶ [τὸν ἀγῶνα, ὃν τίθεντι]
[τᾶι Ἀρτέμιδι, καὶ] διαλεγομένου [τοῦ ἀρχιθεώρου καὶ]
[παρακαλέοντος δέ]χεσθαι τὰν ἐκε[χειρίαν καὶ τὰς θυ]-
[σίας τᾶς Ἀρτέμιδ]ος καὶ ἀνανεώσ[ασθαι τὰν ἐξ ἀρχᾶς]
[φιλίαν, δέχεσθαι] δὲ καὶ τὰν χώρα[ν καὶ τὰν πόλιν ὑπ]-
[άρχειν ἱερὰν αὐ]τῶν καὶ ἄσυλο̣ν – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – c. 15 – – – – NTIKOIN – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – c. 15 – – – – OYMEN – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – c. 16 – – – – – TETΩ̄ – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – c. 18 – – – – – – – T – – – – – – – – – – – – – – – – – –

Suppl. Dittenberger || 2 fin. Holleaux, *Études d'épigraphie et d'histoire grecques* I 215 || 3 in. L. Robert || 4 Kla. || 5 in. Kla, fin. Robert || 6 in. Robert, fin. Kla. || 7/8 Kla.

Sagaciter L. Robert l. c. demonstravit in titulo IG VII 16 non exstare reliquias decretorum Megarensium sed quattuor exterarum civitatium, quae rogatu Megarensium sacra cum certamine ab illis Dianae Sotirae instituta receperunt, atque vs. 8—10 fragmenti *a* superesse de decreto Medioniorum. De aetate nonnisi ex litterarum formis iudicandum est, quae Roberto tempus '*vers la fin du III*[e] *siècle ou le début du II*[e]' indicare videntur. Equidem tertium saeculum ad finem vergens praetulerim, cf. etiam M. Feyel, *Polybe et l'histoire de Béotie au III*[e] *siècle avant notre ère* (1942) 261[6].

IX. PHOETIAE

Nomen: Φυτία (Thuc. III 106), Φοιτίαι (IG IV² 1, 95_{11}; *BCH* 1921, 23 Col. IV_{63}; Polyb. IV 63, 7. 10; Steph. Byz.), Φοίτιον (Steph. Byz.).

Situs: *Porta*.

Cf. E. Kirsten, *RE* XX 436 ss.

389 TITULUS SEPULCRALIS. In ruderibus Phoetiarum. Edd. L. Heuzey, *Le mont Olympe et l'Acarnanie* 490 nr. 65 (*Bezzenb. Beitr.* VII 246; *GDI* 1401); G. Cousin, *BCH* X 1886, 182 (IG IX 1, 454). Litterae AΣ (Heuzey, Cousin).

s. III fin. a. (?) Αἰθρίας
τᾶς χρηστᾶς.

De nomine cf. Bechtel, *H. P.* 531.

X. STRATUS

Nomen: Στράτος, Στράτιον (nr. 417_{10}), Στράτος et Στράτιον Steph. Byz., Stratus.

Situs: *Surovigli*.

Cf. Zschietzschmann, *RE* IV A 331 nr. 3.

PROXENIAE.

390 Tabula aënea a. 0,107, l. 0,181, cr. 0,001; inventa Strati ad eum Iovis templi angulum, qui spectat inter septentriones et orientem solem, nunc Athenis in museo nationali (nr. inv. 10760). In mediis marginibus superiore, dextro, inferiore foramen clavo destinatum servatum est. Litt. alt. 0,005—0,009, interv. vers. 0,003—0,004; de formis litterarum incisarum vide tab. phot. Edd. A. Joubin, *BCH* 17, 1893, 445 nr. 1 (F. Bechtel, *Hermes* 31, 1896, 318; IG IX 1, 442); [Homolle] *BCH* 19, 1895, 549 (IG IX 1, 442 add. p.

211; Michel 310; Syll.[3] 121; Schwyzer 394). Cf. C. Radinger, Philol. 54, 1895, 79; W. Vollgraff, *BCH* 25, 1901, 223; F. Courby-Ch. Picard, *Recherches archéol. à Stratos d'Acarnanie* 1924, 107. Contuli. *Phot.* (tab. II).

fin. s. V a. ἔδοξε τᾶι πόλι τῶν Στρατί-
ων· Λυσίαι τῶι Καλλία τῶι Με-
γαρεῖ καὶ Ἀριστίωνι τῶι Λυσί-
α καὶ Καλλίπωι (!) τῶι Λυσία πρ-
οξενίαν δόμεν καὶ προνο-
μίαν καὶ προπραξίαν αὐτοῖ-
ς καὶ γενεᾶι. προένγυοι· Γρότ-
τος, Βρ[ύ]σων, Τείσανδρος.
καὶ ἀτέλειαν. βόλαρχος ἐς Σπί-
νθαρος Σιτύλο *h*υιὸς Φοιτιάς.

7/8 Homollii lectio Γρόττος certissima || 8 ex supplementis propositis Βρέσων, Βιοσῶν, Βρύσων solum hoc, cuius auctor est Homolle (dubitanter sane etiam Bechtel), et vestigiis et lacunae, cuius ambitus nullam aliam litteram nisi Ι aut Υ recipit, respondet.

'Titulus insignis cum aliis rebus tum litteratura, quae numero quidem et significatione litterarum tota Ionica est praeter signa Η pro aspirationis nota et Ε pro vocali ē producta usurpata; quod contra formae litterarum haud paucae ex antiquiore illius regionis scriptura servatae sunt. Qua ex re iure meritoque colligas eo ipso tempore, quo Ionica scriptura Stratii uti inciperent, haec exarata esse' Dittenberger, IG l. c. Sed cum idem v. d. titulum initio quarti a. Chr. n. saeculi tribuat (alii c. a 400), equidem propter litterarum formas ultima decennia saeculi quinti praeferenda esse censeo, de quibus iam primus editor recte monuit (l. c. 447: '*Dès le début de la guerre du Péloponnèse, l'Acarnanie était soumise à l'influence d'Athènes. C'est donc à cette époque, c'est à dire à la fin du V*[e] *siècle au plus tôt, qu'il faut faire remonter cette inscription*'). Athenis quoque iam ante Euclidis annum saepe Ionicam litteraturam adhibitam esse inter omnes notum est. Ad Attici sermonis vim etiam dativi τῶι, Καλλίππωι videntur referendi esse (Bechtel). 5 προνομία· vox multum disputata, cf. J. et L. Robert, *Rev. ét. gr.* 64, 1951, 139/40. Mihi hoc quidem loco de '*privilège en général*' agi videtur, vide *GEL* s. v. I et Preisigke, *Wörterbuch* s. v. 6 προπραξία· potius 'ius ante ceteros cum magistratibus ac populo agendi' (Schwyzer l. c. p. 449; cf. Dittenberger Syll.) quam '*das* ‹ *Recht, mit einer* πρᾶξις = εἴσπραξις *anderen vorzugehen*' (Br. Keil, Anonym. Arg. 312[9]). 7 προένγυοι· cf. J. Partsch, *Gr. Bürgschaftsrecht* 116/7 (adde Milet I 3, 138_{39}). — Ad nomen Γρόττος, quod in Πρόττος mutare voluit Dittenberger, apte nomen Γρύττος (Arist. Equ. 877) confert Wilamowitz (in adnotatione relicta). 9 καὶ ἀτέλειαν· 'Huius privilegii mentionem supra incuria omissam hic supplevit sculptor' Syll. l. c. nota 7. — βόλαρχος κτλ.· 'Phoetias oppidum Acarnanicum huius decreti aetate non sui iuris fuisse, sed partem civitatis Stratiorum, hinc apparet. Nam cum privilegium ab hoc populo tribuatur, magistratus qui subscribitur nullo modo communis Acarnanum esse potest, sed Stratiorum', Dittenberger, Syll. l. c. nota 10; cf. etiam H. Swoboda, *Staatsaltert.* 307 cum nota 7; W. Schönfelder, *Die städtischen und Bundesbeamten usw.* (1917), 89. Equidem de sympolitia quadam inter haec oppida intercedente potius cogitaverim, id quod probari videtur titulo Delphico *BCH* 1942/3, 86 $II_{15\,ss.}$ Nam ibi coniuncti Φοιτιεῖς καὶ Στράτιοι offerunt vere anni 361 a. Chr. (ἄ. Ἀντιχάρευς, cf. G. Daux, *Chron. delph.* 12 C 1 et J. Pouilloux, *BCH* 1949, 193) ἐπαρχήν ad novum Apollinis templum ab Amphictyonibus exstruendum atque ita quidem, ut suum utrumque oppidum mittat legatum. Ceterum de hac quaestione cf. Vollgraff l. c.; E. Kirsten, *RE* XX 436; J. Bousquet, *BCH* 1942/3, 92; de sympolitia duorum quorundam oppidorum novissime egit L. Robert, *Villes d'Asie Mineure* 54 ss. 10 Ad nomen Σιτύλος cf. Bechtel, *H. P.* 401. — Φοιτιάς· Ad hanc formam cf. Bechtel, *Gr. Dial.* II 75 § 5 (ceterum in titulo Syll.[3] 523 [Kirsten l. c.] revera Φοιτιᾶνος legendum est, Daux, *BCH* 1939, 157); Φοιτιεύς exstat in titulo Delphico supra commemorato II 15. 22 neque ergo vituperandus est hac quidem in causa Stephanus Byzantius, cf. Syll.[3] 121[10].

---

391 Stela lapidis calcarii a dextra mutila a. 0,60, l. 0,27, cr. 0,08, fracta in duas partes, quarum altera effossa est Strati in angulo septentrionali et orientali Iovis templi, altera in ara magna, quae fuit ante idem templum. Ed. A. Joubin, *BCH* 17, 1893, 448 nr. 2 (IG IX 1, 443). Cf. A. Wilhelm, *Öst. Jahresh.* 4, 1901, 72; F. Courby-Ch. Picard, *Recherches archéol. à Stratos d'Acarnanie* 1924, 107 s. Frustra quaesivi. [Cf. add. p. 78]

K

s. III[1] a. ἔδοξε τῆι πό[λει τῶν Στρατίων]·
Πεδιεῖ Ἱπποκλ[έους Εὐβοεῖ ἐκ Καρύ]-
στου· πρόξενο[ν εἶναι Στρατίων]
αὐτὸν καὶ ἐγγόν[ους· καὶ ἔδωκαν αὐτ]-
ῶι ἀτέλειαν πάν[των καὶ ἐντέλειαν]

καὶ πολιτείαν [καὶ ἀσυλίαν καὶ ἀ]-
σφάλειαν καὶ κα[τὰ γῆν καὶ κατὰ θά]-
λασσαν καὶ αὐτῶ[ι καὶ χρήμασιν· ἐπ]-
ὶ μνάμονος Λύσο[υ, γραμματέος δὲ]
τᾶ βουλᾶι Πιθάκου.

Suppl. Joubin || 3 fin. καί add. idem, omisit Dittenberger || 4 καὶ εἶναι Joub., Ditt., ἔδωκαν Kla. coll. nr. 392_7 || 5 fin. προδικίαν Joub., ἰσοτέλειαν Ditt., ἐντέλειαν Kla. coll. nr. 209_{21} || 9 fin. γραμματεύοντος Ditt. sed cf. nr. 208_5.

Litterarum formae saec. III a. Chr. produnt (Joubin). Eiusdem saeculi etiam tituli nr. 392 et 393 sunt. Insignes autem sunt hi tres tituli eodem Attici sermonis usu, ita ut per se pateat omnes non multum tempore inter se distare. Itaque quod e nr. 393 colligitur hoc quidem decretum factum esse, priusquam Stratiorum oppidum in Aetolorum dicionem redigeretur, sc. ante annos fere 252/50, idem etiam de reliquis duobus titulis sumendum erit, i. e. hos et ipsos priori saec. III parti tribuendos esse. 'Illa vero aetate antiquam dialectum nondum exstinctam fuisse apud Acarnanes certum est. Restat igitur, ut sermonis usum ad eorum, qui proxeniae honore afficiebantur, patrias referamus', Dttb.

Compendium, quod supra titulum scriptum est, scilicet Carystiorum nomen indicat (Joubin et Wilhelm l. c.). 2 'Dativus nullo modo in enuntiati quod sequitur structuram quadrat. Quare hunc quasi quendam argumenti indicem existimo, quales Atticis praecipue plebiscitis haud raro praemittuntur', Dttb. 5 De privilegio ἐντέλεια cf. ad nr. 209_{14}. 9 De μνάμονος magistratu cf. W. Schönfelder, *Die städtischen und Bundesbeamten usw.* 1917, 89, sed revera nihil compertum habemus.

---

392 Pars dextra stelae lapidis calcarii aëtomate superatae infra et supra a dextra fracta a. max. 0,32, l. max. 0,235, cr. 0,08; inventa in vicinia Strati (in θέσει Φτιλιά, orientem versus a vico *Lepenu*), nunc Agrinii in Δημοτικῷ Σχολείῳ servata. Litt. alt. 0,01—0,017, interv. vers. 0,005—0,008; ΑΠΣ, extremae hastae leviter crassatae. Edd. H. G. Lolling, *Ath. Mitt.* IV 1879, 223 nr. 2 (E. Oberhummer, *Akarnanien* 269 nr. 6; IG IX 1, 444; Michel 311); F. Courby-Ch. Picard, *Recherches archéol. à Stratos d'Acarnanie* 1924, 108 cum imag. phot. ectypi fig. 65 (SEG III 447). Lapidem contuli.

s. III¹ a. [θ]εοί.
[ἔδοξε]ν τῆι πόλει τῶν Στ-
[ρατίω]ν· Ἀρίστιππον Ἀρι-
[στοκρ]άτους Καρύστιον
[πρόξε]νον εἶναι καὶ εὐερ-
[γέτην] Στρατίων αὐτὸγ κ-
[αὶ ἐκγ]όνους· καὶ ἔδωκα-
[ν αὐτῶ]ι ἀτέλειαν πάντω-
[ν καὶ ἐν]τέλειαν καὶ πολι-
[τείαν καὶ] γ[ῆ]ς ἔγκτησιγ κ-
[αὶ ἀσφάλειαν καὶ κ]ατὰ γ-
[ῆν καὶ κατὰ θάλασσ]αγ κ-
[αὶ ------------]

Suppl. Lolling || 7/8 ἐδώκα[μεν αὐτῶ]ι idem, Oberhummer, Michel (quod spatium superat), corr. Dittenberger || 9 ἀσφά]λειαν Loll. contra lapidem, ἰσοτ]έλειαν Dttb., Courby-Picard, SEG, ἐντ]έλειαν Oberhummer, Michel, cf. ad nr. 209_{14} || 10 supplementum καί hic et vs. 9 del. Courby-Picard, SEG, sed spatia suppetunt || 11/12 [αὶ ἀσυλίαν κ]ατὰ γ[ῆν κτλ. SEG ([αὶ οἰκίας --] priores), corr. propter spatium Kla. [Cf. add. p. 78]

De tempore tituli cf. ad nr. 391.

---

393 Fragmentum stelae (?), cuius in superiore parte margo exstat; vidit anno 1876 H. G. Lolling apud Ph. D. Moschum in vico *Surovigli* sito prope parietinas Strati veteris. Ed. idem, *Ath. Mitt.* IV 1879, 223 nr. 1 (E. Oberhummer, *Akarnanien* 260 nr. 1; IG IX 1, 445). Cf. F. Courby-Ch. Picard, *Recherches archéol. à Stratos d'Acarnanie* 1924, 108. Frustra quaesivi.

s. III¹ a. ...$^{c. 8}$...ν πρόξενον εἶναι τῶν [Ἀκαρ]-
⟨νάνων⟩ [καὶ εὐεργ]έτην καὶ πολιτείαν εἶ[ναι]
[αὐτῶι τῆς Ἀ]καρνανίας ἐν ὁποία[ι ἂν]
[βούληται π]όλει καὶ ἔγκτησιν κα[ὶ]
[γῆς καὶ οἰκ]ίας καὶ ἀτέλειαν καὶ [ἐν]-
[τέλειαν καὶ] ἀσφάλειαν καὶ ἀσυ[λί]-
[αν καὶ αὐτῶι] καὶ χρήμασι καὶ [πο]-
[λέμου καὶ εἰρ]ήνης καὶ κατὰ [γῆν]
[καὶ κατὰ θάλασσ]αν τὸν πάντ[α χρό]-
[νον καὶ αὐτῶι κ]αὶ ἐκγόνοις ..$^{c. 5}$..
------------- ωνος Φοι[τι .$^{c. 4}$.]
---------------ίππου ..$^{c. 7}$...
-------------- INONT ..$^{c. 6}$..

Suppl. Lolling, qui tamen versus aliter distinxit || 1/2 sane supplementum necessarium Ἀκαρνάνων spatium excedit; itaque Dittenberger sumens ante de civitatibus Acarnaniae dictum fuisse πόλεων (et ipsum longum) supplevit, quod suo iure H. Swoboda, *SB Ak. Wien* 199, 2 (1924), 26² refutavit. Videtur error lapicidae subesse, qui vocabuli divisione inductus in initio alterius versus duas syllabas extremas exarare

oblitus est || 3 in. τῆς propter spatium add. Dttb. || 5/6 προδικίαν Loll., Dttb., ἐντέλειαν Oberhummer, cf. ad nr. 209_{14} || 7/8 εἶναι post ἀσυλίαν et ὄντος post πολέμου propter spatia add. Dttb., tamen ni fallor praeter necessitatem || 10/11 γραμματεύοντος βουλῆς Dttb., nomina proxeniae praedum (ἔγγυοι τῆς προξενίας) hic exstare putant Loll. et Oberhummer.

Litterarum formas fere easdem esse atque nr. 392 adnotat Lolling; ceterum de aetate tituli cf. ad nr. 391. 'Non Stratiorum, sed communis Acarnanum concilii hoc esse decretum apparet', Dttb., cf. etiam H. Swoboda, *Klio* X 1910, 405 cum nota 2. Videlicet hic posteriorem tantum decreti partem servatam esse. Quod autem Lolling dicit superiorem marginem exstare, aut stela, cum in alium usum vocaretur, supra desecta est, id quod Lollingium fefellit, aut non de stelae fragmento sed lapidis aedificii cuiusdam agitur, in quo a sinistra huius tituli altera columna exarata erat initium decreti amplexa.

394 MANUMISSIONES. Magnus lapis calcarius ad alteram ex duabus basibus pertinens, quae Strati inter frontem Iovis templi et aram erectae erant, ubi lapidem anno 1910 Courby et Picard etiamtum viderunt sed sequenti anno concisum reppererunt; exstabant a. 1934 duo fragmenta loco commemorato, tria in domo Nicolai Mosii in vicino vico *Surovigli* (litteras servatas lineis subscriptis insignivi). Litt. alt. 0,012—0,015, interv. vers. 0,005—0,01; Α Μ Π Σ Ω. Ed. A. Joubin, *BCH* 17, 1893, 451 nr. 4 (IG IX 1, 447/8). Cf. F. Courby-Ch. Picard, *Recherches archéol. à Stratos d'Acarnanie* 1924, 13. Fragmenta omnia contuli.

a

s. II a. . . . . . .^c. 12^. . . . . Υ – – – – – – – – –
. . . . . .^c 12^. . . . . ΠΡ – – – – – – – – –
[. . . ἀ]πέδοτο Διονύσιος [Δ]ιονυσίου
Στράτιος τῶι Διὶ ἐπ'[ἐλευθερίαι σ]ῶμα
ἀνδρεῖον, ὧι ὄνομα Υνοξ . .^c. 5^. . ς, τὸ
[γέν]ος Φρύγα τιμᾶς ἀργ(υρίου) Μ. παραμεινάτω
δὲ [πα]ρὰ Διονύσιον, ἕω[ς] κα ζῆ Διονύ-
σιος· εἰ δὲ μὴ παραμήναι, ἀτελὴς ἁ
ὠνὰ ἔστω. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον
[Σ]ωκράτης Σωτέλεος Στράτιος.
τὰν ὠνὰν φυλάσσοντι Σωτέλης
Σωκράτεος, Σώτακος Σωτέ[α] Στρά-
τιοι. μάρτυροι Σώσανδρος . ΛΙΙΩΝΟΣ,
['Ε]π̣ί̣γνητος Αἰσχρίωνος, 'Απολλώνιος,
[Λάμ]ιος Ξένωνος, Πολύξεινος Λοχάγου,
[Πρω]τόμαχος Λαφρίου, 'Αντ[ίγον]ο[ς] 'Αντι{ι}-
vac.

b

– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
– – – – – – – – – – – – – – – – – – –
Ν[– – – – – – ἀπέδοτο Διονύσι]-
ος [Διονυσίου Στράτιος τῶι Διὶ]
[ἐπ'] ἐ[λευθερίαι σῶμ]α ἀ[νδρεῖον],
[ὧι] ὄνομα [. .^c. 5^. ., τὸ γένος – – –]
τ̣[ιμᾶς ἀργυρίου – –. παρα]μεινάτω
[δ]ὲ̣ [. .^c. 5^. . παρὰ Διονύσιον, ἕως κα ζῆ]
Διονύσιος· [εἰ δ]ὲ μὴ παραμ[ήναι], ἀτε-
λὴς ἁ ὠνὰ [ἔσ]τω. [βεβαιωτὴρ] κατὰ τὸν
νόμον Σ – – – – – – – – – – – – –

Exaratae fuerunt minimum tres columnae, quarum altera (*b*) finem prioris et initium posterioris tituli, tertia finem posterioris continebat. — Suppl. *a* Joubin || 3 legerunt et suppleverunt Courby-Picard || 12 suppl. Dittenberger || 13 [Σωτ]ίωνος (?) Joubin, Dttb. || 14 . . ΗΓΝΗΤΟΣ Joubin, suppl. Kla. coll. IG IX 2, 6 a_3, ubi exstat 'Επίγνητος 'Αγελάου Στράτιος || 15 in. Kla. coll. eodem loco Ξένων Λαμίου Στράτιος (post a. 167 a. Chr., sc. pater aut filius) || 16 in. idem. — Suppl. *b* Dttb. et Kla. || 21 in. Γ Joubin || 22 in. [.]Τ idem.

V. 14 Epigneti frater fortasse Φάλαρις Αἰσχρίωνος Στράτιος in tit. sepulcrali Leucade invento et ipso saec. II a. (IG IX 1, 594).

395 STIPUM CATALOGUS. Stela lapidis calcarii undique mutila praeter latus sinistrum a. 0,27, l. 0,25, cr. 0,10; inventa Strati in eo angulo Iovis templi, qui spectat inter septentriones et orientem solem. Litterae στοιχηδόν exaratae, Ο et Ω minores. Ed. A. Joubin, *BCH* 17, 1893, 449 nr. 3 (IG IX 1, 446). Cf. F. Courby-Ch. Picard, *Recherches archéol. à Stratos d'Acarnanie* 1924, 87. 109. Frustra quaesivi.

fin. s. IV a. . . . . ις Τ – – – – – –
